perasti vẽtis ꝛ mari ꝛ fcã ẽ trãqllitas
magna: veni ꝛ gradere super fluctus
cordis mei vt tranquilla ꝛ serena fi/

ant omnia mea: quatenus vnum bonum meuz amplectar te: ⁊ dulce lumen oculorꝫ meorꝫ contempler te sine tumultuantiuz cogitationū ceca caligine. Confugiat dn̄e mens mea sub vmbra allaruz tuaruz ab estibus cogitationū huius seculi: vt i tui refrigerij tēpamēto abscōsa letabunda cātet ⁊ dicat: i pace i idipꝫ dormiā ⁊ requiescaz. Dormiat obsecro deus meus: dormiat memoria mea ab oībus malis: iniquitatē odiat: iusticiaz diligat. Quid eniz pulchrius quidue dulcius: qꝫ inter tenebras huius vite multasqꝫ amaritudies: diuine dulcedini inhiare: ⁊ eterne beatitudini suspirare: illicqꝫ teneri mente: vbi vera haberi gaudia certissimū est? Dulcissime: amātissime: benignissime: carissime: ꝑciosissime: desideratissime amabilissime: pulcherrime: quando te videbo? qn̄ apparebo ante faciem tuā? qn̄ satiabor d̄ dulcedine tua? qn̄ educes me de hoc carcere tenebroso: vt confitear nomini tuo: ita vt deinceps non compungar? Quando transibo in illaz admirabilez ⁊ pulcherrimaz domuz tuaz: vbi personat vox leticie exultatiōis i tabernacul' iustorꝫ? Beati q habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Beati ⁊ vere beati quos elegisti: iam ⁊ assumpsisti in illam celestez hereditatē. Ecce sancti tui domine florent ante te sicut lilium. Replētur eni ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potas eos: qm̄ tu es fons vite: ⁊ in lumine tuo vidēt lumen: vsqꝫ adeo vt ipsi videlicet lumen illuminatuz per te deum lumen illuminans illuminantez: sicut sol fulgeat in conspectu tuo. Quam mira: qꝫ pulchra: qꝫ acceptabilia sunt domus tue habitacula domine virtutum: concupiscit intrare in ea hec peccatrix anima mea. Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum habitationis glorie tue. Unam petij a domio et hāc regrā vt inhabitē in domo tua i oībus dieb⁹ vite mee. Quēadmodum ceruus desiderat ad fontes aq̄rum ita desiderat anima mea ad te: deus: quando veniam ⁊ apparebo ante faciem tuam? quando videbo deum meuz quem sitit anima mea? quā do videbo eum in terra viuentium? In ista enim terra morientium videri nō potest mortalibus oculis. Quid faciam miser ego grauatus cū pede mortalitatis mee atqꝫ constrictus? quid faciam? Dum sumus in corpore peregrinamur a domino: ⁊ non habemus hic ciuitatem manentem: sed futuram inquirimus: noster autē municipatus in celis est. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Quis dabit mihi pēnas sicut columbe ⁊ volabo ⁊ requiescam? Bonuz est: nihil mihi tam dulce qꝫ cum domino meo eē Mihi autem adherere deo bonum est. Da mihi domine donec his fragilibus assisto membris tibi adherere: sicut scriptum est: qui adheret domino vnus spiritus est cum eo. Prebe mihi rogo contemplationis pennas: quibus indutus ad te volitez sursuz. Et quia omne sinistrum deorsum iacet: tene mentem meam ne ad ima tenebrose vallis corruat: ne iterueniente vmbra terre: a te vero iusticie sole separetur: ⁊ obducta tenebris nebule prohibeatur alta respicere: sꝫ sursū tendat ad pacis gaudia: lucisqꝫ delectabilem ⁊ serenissimum statū: tene

cor meum manu tua: q2 sine te ad altiora non rapitur. Illuc abstinet vbi summa pax regnat et iugis tranquillitas rutilat. Tene et rege spiritū meum: et assume illum secundum volūtatem tuam: vt te duce ascendat in illaz regionē vbertatis vbi pascis israel in eternū pabulo veritatis: vt ibi vel rapida cogitatiōe attingat te sūmam sapiētiam: super omnia manentem: cuncta scientem et omnia gubernantem. Sed volitanti ad te anime multa sunt que obstrepunt. iussu tuo domine conticescant mihi omnia. Et ipsa sileat anima mea: pertrāseat oīa que creata sunt: transcendat et se: et perueniat ad te: atqz in te solo creatore omnium oculos fidei figat: tibi ībiet. tibi intendat. te meditetur. te cōtemplet̄. te sibi ante oculos ponat. te sub corde reuoluat verū et summuz bonū gaudiū sine fine mansurum. Multe deniqz sunt contemplationes quib9 anima deuota tibi mirabiliter pascit̄: sed in nulla earum ita delectat̄ et requiescit anima mea: sicut quando te solum cogitat et contēplatur. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quam mirabilit̄ īspiras cordib9 amatorꝫ tuorꝫ: q̄z mira suauitas amoris tui quo perfruuntur illi q nil preter te diligūt: nil etiam cogitare concupiscunt. Felices illi qbus tu solus spes es: et omne opus eorum oratio. Beatus qui sedet solitarius et tacet: et stat super custodiā suaz iugiter die ac nocte: vt adhuc in hoc fragili corpusculo positus: prelibare valeat aliquatenus dulcedinem tuam. Rogo te per illa salutifera vulnera que passus es in cruce ꝓ salute nostra: e quibus emanauit ille preciosus sanguis quo sumus redempti: vulnera hanc animam meā peccatricem: pro q̄ etiā mori dignatus es. vulnera eā igneo et potentissimo telo tue nimie caritatis. viuus ē sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu sagitta electa et gladius acutissimus qui durum scutuz hūmani cordis penetrare tua potentia vales. Confige cor meū iaculo tui amoris: vt dicat tibi anima mea. caritate tua vulnerata sum ita: vt ex ipso vulnere amoris tui vberrime fluant lachryme die ac nocte. Percute dn̄e percute: percute domine obsecro. percute hanc durissimā mentem preualida cuspide dilectionis tue: et altius ad intima penetra potenti virtute. Et sic da capiti meo aquam immensā. et oculis meis infunde verum fontem lachrymaruz iugiter manantem ex nimio affectu et desiderio visionis pulchritudinis tue: vt lugeam die ac nocte: nullaz i presenti vita recipiens cōsolationez: donec te i celesti thalamo merear videre dilectum sponsū meū pulcherrimum deū et dominum meū: vt ibi vidēs gloriosam admirabilē et pulcherrimā faciē tuā oī dulcedine plenam: cuz his quos elegisti maiestatē tuaz supplex adorem. et illo tandē celesti et ineffabili replet9 iubilo eterne exultationis exclamē cum diligentibus te dicens. Ecce quod concupiui iam video: quod speraui iam teneo: quod desideraui iam habeo. Illi nāqz ī celis iunctus sum: quem in terris positus tota virtute dilexi: tota caritate complexus sum. toto amore inhesi: Ipm laudo: benedico atqz adoro: q̄ viuit et regnat d̄s i secula seculorum

Orō i tribulatione. Cap. xxxvij.

Miserere domine: miserere pie miserere mihi miserrimo peccatori idigna agēti: ꝛ digna patienti: assidue peccāti: ꝛ tua flagella q̊tidie sustinenti. Si penso malū q̊tidie qđ feci nō est tantum qđ patior. grauius est qđ commisi: leuius est qđ tolero. Justus es dn̄e ꝛ rectum iudicium tuum. oīa iudicia tua iusta sunt et vera: iustus ꝛ rectus tu es dn̄e deus noster ꝛ non est vlla iniquitas in te. Non enim iniuste necꝫ crudeliter affligis nos peccatores omnipotens ꝛ misericors domine: qui cum nō essem⁹ potenter fecisti nos: ꝛ cum perditi fuissemus culpa nostra: pietate ꝛ bonitate tua mirabilit̄ reparasti nos: scio et certus sum ꝙ vita nostra non temerarijs motib⁹ agit̄: sꝫ a te domio deo nostro disponitur ꝛ gubernatur. Unde tibi cura est de omnibus. precipue de seruis tuis qui totam spem suam posuerunt ī sola misericordia tua Jdcirco obsecro ꝛ suppliciter rogo vt non facias mihi secundum peccata mea: quibus iram tuam merui: sed secundum magnam misericordiam tuam: que superat etiam peccata toti⁹ mundi. Tu domine qui exterius flagella irrogas: da semper interius indeficiētē patientiā: ita vt laus tua nō recedat ꝺ ore meo. Misere mei dn̄e misere mei ꝛ adiuua me sicut tu nosti ꝙ mihi necesse est ī corpore ꝛ ī aīa scis oīa potes oīa: qui viuis in scl'a.

Oratio multum deuota ad filiuꝫ. Capitulum. xxxviij

Domine iesu xp̄e fili dei viui qui expansis in cruce manibus propter mortalium omniuꝫ redemptionem hausisti calicem passionis: mihi peccatori hodie prebere digneris auxilium. Ecce pauper venio ad te diuiteꝫ: miser ād misericordem: ne recedam vacuus vl' contemptus: esuriens incipio: ne desinam de te ieiunus. Famelicus accedo: ne recedā impastus. Et si anteꝙ̄ comedam suspiro: da vel post suspiria vt comedā. Jn primis dulcissime iesu coram magnificentia tue suauitatis confiteor aduersum me iiusticiā meā. Ecce domine quia in peccatis fui conceptus ꝛ natus: ꝛ tu me abluisti: ꝛ sanctificasti. Et ego postea me maioribus sordidaui peccatis. Fui eniꝫ in necessarijs natus. postea in spontaneis volutatus. sed tu dn̄e miserationis tue nō immemor tulisti me de domo patris mei carnalis ꝛ de tabernaculis peccatoruꝫ: ꝛ inspirasti mihi vt sequerer te cū generatiōe querentiuꝫ faciē tuam ambulantiuꝫ semitaꝫ rectaꝫ: cōmorantiuꝫ inter lilia castitatis: et tecuꝫ discumbentiuꝫ in cenaculo altissime paupertatis: ꝛ ego tot beneficiorum ingratus. post religionis ingressuꝫ multa cōmisi illicita: multa ꝑpetraui nefāda: ꝛ vbi peccata emendare debui: peccata peccatis addidi. Hec sunt mala mea dn̄e quib⁹ exhonoraui te ꝛ maculaui me: quē ad imagineꝫ ꝛ similitudineꝫ tuaꝫ creasti: superbia: vanagloria: et cetera multa alia mala: quibus vexatur ꝛ affligit̄ laceratur ꝛ destruitur infelix anima mea. Ecce domine iniquitates mee supergresse sūt caput meuꝫ: ꝛ sic on⁹ graue ğuate sūt sup me: ꝛ nisi tu cui propriuꝫ est miseri semper ꝛ parcere dexteram tue maiestatis supponas. mergi cogor miserabiliter in profunduꝫ. Attende dn̄e deus ꝛ vide: quoniaꝫ sanctus: ꝛ ecce insultat aduersū me inimicus meus dicens. deus dereliquit euꝫ persequar ꝛ cōprehendā

euz quia non est qui eripiat et tu dñe vsquequo? cõuertere: z eripe animam meam saluum me fac ꝓpter misericordiam tuam: miŕere filio tuo quez in dolore nõ modico peperisti: z noli attendere malum meuz vt obliuiscaris bonum tuum: qs est pater qui filium nõ liberet? Aut quis filius quez pater pietatis bacculo nõ corripiat? Ergo pater z domine licet peccator sim: non possum non esse filius tuus: quia tu me fecisti z refecisti: sicut peccaui emẽda me: z prius flagello emẽdatum trade me filio tuo. Nũqd obliuisci põt mater infantem vteri sui? Et certe si illa oblita fuerit: tu pater ꝓmisisti te non obliuisci. Ecce clamo z non exaudis me: dolore crucior z ñ consolaris me. Quid dicam vel quid faciam miserrimus? Ego tanto destitutus solatio proiectus suz a facie oculorum tuoꝝ. Heu me de quanto bono in quãtum maluz cecidi: quo tẽdebam: z quo deueni: vbi sum z vbi nõ sum: ad quem aspiraui z nunc in quibus suspiro? Quesiui bona z ecce turbatio. Ecce iam morior z iesus nõ est mecum: z certe melius est mihi nõ eẽ q̃ȝ sine ihu esse. Melius est nõ viuere q̃ȝ viuere sine vita. Et tu domine ihu vbi sũt misericordie tue antique? Nunquid irasceris mihi in finem? Placare obsecro z miŕere mei z non auertas faciem tuaz a me: qui pro me redimendo non auertisti faciem tuam ab increpantibus z conspuentibus in te. Fateor quia peccaui z conscientia mea meretur damnationem: z penitentia non sufficit ad satisfactionez: sed certum est q̄ misericordia tua superat omnez offensionẽ Noli queso piissime dñe scribere aduersum me amaritudines meas: vt intres in iudicium cum seruo tuo: sed secũdum multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatẽ meam. Ueh mihi misero cum venerit dies iudicij z aperti fuerint libri cõscientiarũ cuz dicetur de me. Ecce homo z opa ei9. Quid faciam tũc domine deus me9 cum celi reuelabunt iniquitatez meam: z aduersum me terra cõsurget? Ecce nihil respondere potero: sed d̄misso capite pre confusione coram te stabo trepidus z confusus. Heu me miserum quid dicam clamabo ad te dñe deus meus. Quare tacens cõsumor? Uerũtamẽ si locutus fuero nõ quiescet dolor me9: z si tacuero amarissima amaritudine crucior interius. Plange anima mea sicut vidua sup virũ pubertatis tue. Ulula misera z plora quoniã dimisit te sponsus tuus. i. christus. Ira omnipotentis ne irruas super me q2 nunq̃ȝ capi posses ĩ me. Certe non est in toto me qd̄ possz tollerare te. Miserere ne desperez: sed desperando respirez. Et si ego cõmisi vnde me damnare potes: tu nõ amisisti vnde saluare soles. Tu domine non vis mortem peccatorum nec letaris in perditione morientiuz: imo vt mortui viuerent tu mortuus es: z mors tua peccatorum mortem occidit. Et si ipsi te moriente vixerũt. Obsecro domine vt ego te viuente non moriar. Mitte manum tuam de alto: z libera me de manu inimicorum meorum: ne supergaudeãt mihi z dicant deuorabimus eum. Quis vnq̃ȝ bone iesu d̄ tua misericordia diffidat qui cum inimici tui essemus redemisti nos in sanguine tuo z reconciliasti nos deo? Ecce sub tue misericordie

umbra verba protectus ad thronū glie veni
am postulans:curro clamans:ꝛ pul/
sans donec miserearis mihi. Si enim
ad veniam nos vocasti veniam non
querentes:quanto magis veniaʒ im/
petrabimus postulantes? ne memine
ris dulcissime iesu tue iusticie aduer/
sus peccatorem tuum:sʒ esto memor
benignitatis tue aduersus creaturaʒ
tuam:ne memineris ire aduersus reū
sed memor esto miserationis tue ad/
uersus miserum obliuiscere superbū
ꝓuocantem:ꝛ respice miserum inuo
cantem. Quid enim est iesus nisi sal/
uator? Ergo ihū ꝑ temetipm̄ exur/
ge in adiutorium mihi: et dic anime
mee salus tua ego sum. Multum do
mine de tua bonitate presumo: quo/
niam tuipse doces petere querere ꝛ
pulsare:ꝛ ideo tua oratiōe admonitꝰ
peto q̄ro ꝛ pulso. Et tu domīe qui iu
bes petere:fac accipere:consulis que
rere:da ꝛ īuenire:doces pulsare ape
ri pulsanti.ꝛ confirma me infirmum
restaura me perditū:suscita me mor
tuum:ꝛ omnes sensus meos:cogita/
tus:ꝛ actus:dirigere ꝛ gubernare di
gneris:in beneplacito tuo: vt de ce/
tero tibi seruiā:tibi viuam: tibiq; me
tradam. Scio domine mi : qꝛ ex hoc
quod me fecisti:debeo tibi meipsum
ꝛ quia me redemisti: ꝛ pro me homo
factus es : deberem tibi plusq̄ me si
haberē:q̄nto tu maior es pro q̄ dedisti
te ipʒ. Ecce nec plus hēo nec q̄d hēo
dare tibi possum sine te. sʒ accipe me
tu.ꝛ trahe me ad te vt tuus sim imita
tione ꝛ dilectione sicut tuus sum con
ditione ꝛ creatione. Qui viuis ꝛ re/
gnas in secula. Orō vtilis ꝛ dirigi
tur ad patrē. Capitulū.xxxi
Domine deus omnipotens q
es trinus et vnus qui es semper in
omnibus:et eras ante omnia et eris
semper in omnibus deus benedi/
ctus in secula : commendo animam
meam in manus potentie tue: vt cu/
stodias eam diebus ac noctibus:ho/
ris ꝛ momentis. Exaudi me domine
ꝑ oratione patriarcharū: per merita
ꝓphaꝝ ꝑ suffragia apostolorū ꝑ coro
nas martyrū:per fidem confessorum
per castitatem virginū. et ꝑ interces/
sionem omnium sanctorum qui tibi
placuerunt ab initio mundi : expelle
a me iactantiam mentis et auge com
punctionem cordis:minue superbiaʒ
meam:et perfice in me humilitatem
veram:suscita in me fletum et molli/
fica cor meum durum et lapideuʒ.li/
bera me domine et animā meā ab oī
bus insidijs inimici : et conserua me
in tua voluntate. Doce me volunta/
tem tuam facere:quia deus meus es
tu. Da mihi domine sensum perfectū
et intellectum : vt suscipere veleam
profundam benignitatē tuam. illud
da mihi petere quod te audire dele/
ctet. Da mihi lachrymas ex toto affe/
ctu quo peccatorum meorum possim
dissoluere vincula. Audi deus me/
us. Audi fletum oculorum meorum.
Audi que peto:et da vt quod peto
exaudias:si despicis pereo:si respicis
viuo:si iusticiam meam requiris mor
tuus feteo si cum misericordia respe/
xeris fetentem resuscitas de sepul/
chro. Q̄d odis in me longe fac a me:
et castitatis ac continentie spiritum
insere in me: vt quodcūq; petiero in
ipsa petitione te non offendā : tolle a
me quod nocet:et prebe quod iuuet.
Presta mihi dn̄e medicinam: vn̄ mea
possim curare vulnera. Da mihi

domine timorem tuum:cordis cōpū
ctionem.mentis humilitatem:ꝛ con/
scientiam puram.presta mihi domine
vt fraternā semper tenere valeā cari
tatē ꝛ mala mea oīa obliuiscar. alie/
na nō requiraꝫ.parce aīe mee:parce
matis meis.parce peccatis meis.par
ce criminibus meis.Uisita me infir/
mum.cura me egrū:sana me languē
tem:ꝛ suscita me mortuū.da mihi do
mine cor quod te timeat:sensum qui
te intelligat.oculos qui te videāt.mi/
serere mei deus miserere mei ꝛ respi
ce de sede sancta maiestatis tue.ꝛ te/
nebras cordis mei radio splēdoris tui
illumina.da mihi dn̄e discretionē di/
scernēdi inter bonuꝫ ꝛ maluꝫ:ꝛ cōce
de vt sensuꝫ habeaꝫ vigilem. Peto a
te domine remissionē oīum peccato/
rum meoruꝫ:a quo ꝛ per quem mihi
fiat ꝓpitiatio tempore necessitatis et
angustie mee. Sancta ꝛ imaculata
virgo dei genitrix maria ꝛ mater do
mini nostri iesu christi īteruenire pro
me digneris apud illum cui meruisti
effici templum.Sancte michael.san/
cte gabriel: sancte raphael. sancte
chorus angelorum atqꝫ archange/
lorum. patriarcharum atqꝫ prophe/
tarum. apostolorū.martyruꝫ. confes
sorum.sacerdotuꝫ.leuitarum.mona/
chorum.virginuꝫ:oīumqꝫ iustorum.
per illū qui vos elegit:ꝛ de cuius con
tēplatione gaudetis:vos rogare p̄su
mo:vt pro me culpabili ipi d̄o suppli/
care dignemini:quatenus d̄ faucib⁹
diaboli ꝛ de morte perpetua merear
liberari amen. Largiri mihi digneris
domine perpetuaꝫ vitā secundū cle/
mentiaꝫ ac benignissimā misericordi
am tuaꝫ.Da domine sacerdotib⁹con
cordiaꝫ.regibus.episcopis ꝛ principi
bus iuste iudicantibus tranquillita/
tem ꝛ paceꝫ. Oro domine ꝓ vniuer/
sa sancta ecclesia catholica. ꝓ viris ꝛ
feminis:pro religiosis ꝛ secularibus.
ꝛ omnibus rectoribus christianoruꝫ:
cunctisqꝫ in te credentibus. qui pro
tuo amore sancto laborant: vt perse/
uerantiā boni operis obtineant. Pre
sta domine rex eterne: virginibus ca
stitateꝫ:deo dicatis continentiaꝫ ꝛ cō
iugatis sanctimoniaꝫ.penitētibus in
dulgētiā.viduis ꝛ orphanis sustenta
tioneꝫ.pauperibus protectionem.pe
regrinantibus redituꝫ.lugentib⁹con
solationem.defunctis veniaꝫ ꝛ requi
em sempiternaꝫ.nauigantibus ī por
tū venire salutis.optimis vt in bono
consistant:bonis ꝛ mediocrib⁹ vt me
liores fiant.praue agentibus ꝛ delin
quentibus vt cito se corrigant. O do
mine iesu christe inter omnes ꝛ ꝑ oīa
me peccatoreꝫ cōsidero:sed tu clemē
tissime pater ꝛ sūme qui omnium mi
sereris.non me patiaris a tua miseri
cordia fieri alienū. Et tu domine rex
reguꝫ qui inducias viuendi prestas:
corrigēdi deuotionē tribue:excita in
me mentem que te requirat:ꝛ te qui
es vbiqꝫ totus trinus ꝛ vnus semper
pre omnibus amet. te timeat: tuāqꝫ
voluntatē faciat. Precipue ergo do
mine sancte pater deprecor qui es be
nedictus ꝑ secl'a: vt oēs q mei memo
riā faciunt in suis orōnib⁹: ꝛ orōnib⁹
meis se cōmendauerūt:ꝛ qui mihi ali
quod caritatis officiū ꝛ pietatis studi
um impenderunt.seu et illos qui con
sanguinitate ac compassiōe ꝛ affectu
sunt mihi propinqui.tam et illos qui
nunc consistunt ī corpore q̄ꝫ et illos q
teguntur funere: misericorditer gu/
bernare digneris:oībus etiam chri/
stianis viuis adiutorium prestare di/
gneris:et defunctis absolutionē ꝛ re

quiem sempiternam per eterna secula. Necnon et illud magnopere supplico domine qui es alpha et o: vt cum extrema dies mea aduenerit tu ipse sias iustus iudex contra maligni accusationem diaboli: et sis mihi perpetuus defensor aduersus insidias hostis antiqui: et in societatē angelorum omniumque sanctorum i sancto paradiso tuo me perseuerare facias quia tu es benedictus in secula amen.

Oratio deuota de recordatione passionis christi. Capl'm. xl.

Domine ihu xpe redemptio mea. misericordia mea: salus mea te laudo. tibi gratias ago: quāuis valde impares tuis beneficijs: quāuis multum expers deuotionis: quāuis macras a desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus: tamen qualescunque gratias: non quales scio me debere: sed sicut potest conari tibi persoluit aīa mea. Spes cordis mei. virt' aīe mee. compleat tua potētissima dignitas qd conatur mea tepidissima imbecillitas. vita mea. tu finis intentionis mee. Et si nondum merui tantū quātum debitor sū amare. vtique saltē desidero te amare quātū debeo. Illuminatio mea tu vides osciētiā meā: qr dñe ante te est oē ōsideriū meū: et tu donas si qd bñ vult oscientia mea. Si bonū ē dñe qd inspiras: imo qa bonū ē vt te velim amare. da qd me facis velle. Da vt quātum iubes tantum te merear amare. laudes et grās offero ne sit mibi donū tuū ifructuosū. qd tua spontanea dedisti volūtate: perfice quod incepisti: et dona qd me benigne preueniendo imeritū desiderare fecisti. Cōuerte benignissime meū torporem in feruētissimū tui amorē. Ad hoc clemētissime tendit hec oratio mea: hec memoria et meditatio bñficior tuor vt accendas i me tuum amorē. Tua me dñe bonitas creauit: tua misericordia creatū ab originali peccato mundauit. tua patiētia post illā emūdatione baptismi in alijs peccatorum sordibus iuolutū hacten' tolerauit. nutriuit. et expectauit. Expectas tu bone dñe correctionem: expectat anima mea ad penitēdū: ad bene viuendum tue grē ispirationē. Deus meus creator me': tolerator et nutritor meus: te sitio. te esurio. te desidero. ad te suspiro: et te cōcupisco: et sicut pupillus benignissimi patris orbatus presentia: flēs et eiulās icessanter ei' dilectā faciē toto corde amplectit: sic ego non quātū debeo. s3 quātū queo memor passionis tue. memor alaparū tuar. memor flagellor. memor vulnerū tuor memor qualiter p me occisus es: qliter cōditus: qliter sepultus. simul memor tue gloriose resurrectionis et admirabilis ascensiōis. hec idubitata fide teneo. exilij mei erūnas defleo. spero tui aduēt' solā consolationē. ardenter desidero tui vultus gloriosam ōtēplationē. Heu mihi qr videre non potui dñm angelor humiliatū: ad cōuersationē hoium. vt hoies exaltaret ad cōuersationē angelor: cum de' offensus moriebat: vt peccator viueret Heu qr tā admirabili: tā iextimabili pietati pñs obstupescere nō merui. Cur o aīa mea te pserti nō transfigit gladi' doloris acutissimi: cū ferre nō posses vulnerari lancea latus tui saluatoris. Cū videre negres violari clauis pedes et manus tui plasmatoris: cū horrore effūdi sanguinem tui redēptoris. cur nō es iebriata lachrymar amaritudine: cū ille potaret amaritudine fellis. Cur nō es cōpassa castissi/

me virgini dignissime matri eius: di/
gnissime dñe tue. Dña mea miserícor
dissima quos fontes dicã erupisse de
tuis pudicissimis oculis: cũ attẽderes
vnicũ filiũ tuũ inocẽtẽ: coraz te liga/
ri: flagellari ⁊ mactari. Quos fletus
credam pfudisse pijssimũ tuum vultũ
cũ suspiceres eũdẽ filiũ tuũ deum ⁊
dñz tuũ i cruce sine culpa extẽdi: et
carnez de carne tua ab impijs crude
liter desecari. Quib⁹ singultib⁹ exti/
mabo purissimũ pectus tuũ vexatuz
esse cũ tu audires. Mulier ecce fili⁹
tu⁹: ⁊ discipulus ecce mater tua. Cũ
accipes discipulũ pro magistro: fuuz
ꝓ dño. Utinaz cũ felice iosep h dñm
meũ de cruce deposuissez: aromati/
bus condidissem i sepulchro collocas
sem: vt saltẽ psecutus vel consecut⁹
essem: vt tãto funeri nõ defuisset ali
quid mei obsequij. Utinã cuz beatis
mulierib⁹ corrusca visione angelorũ
essẽ territus: ⁊ audissem nũciũ dñice
resurrectionis: nunciũ mee cõsolatio
nis: nũciũ tã expectatũ. nũciũ tã desi
deratuz. Utinã inqͣ audissez ex ore
angeli. Nolite timere vos: Jhm que/
ritis crucifixũ. Surrexit: nõ ẽ hic: be
nignissime. suauissime. serenissime qñ
restaurabis mihi: qr non vidi illã bea
te tue carnis icorruptionẽ. Quia nõ
fui deosculatus loca vulnerũ fixurã
clauor: qr nõ respersi lachrymis gau
dij cicatrices corpis veri. Admirabi
lis. inextimabilis. icõparabilis: quã/
do consolaberis et cõpesces me a do
lore meo. Non eniz capit i me dolor
meus qͣdiu peregrinus sum a domi/
no meo. Heu mihi dñe heu aĩe mee:
recessisti cõsolator aĩe mee: nec vale
dixisti. Ingrediens vias tuas bene/
dixisti tuis nec affui. Eleuatis mani/
bus a nube susceptus es i celum: nec
vidi. Angeli promiserũt te redituruz
nec audiui. Quid dicã. Quid faciaz?
quo vadam? Ubi euz queram: vl qñ
iueniam? Quez rogabo? Quis nun/
ciabit dilecto: quia amore langueo?
defecit gaudiuz cordis mei. Uersus
ẽ in luctum risus meus. defecit caro
mea et cor meũ. deus cordis mei et
pars mea deus in eternũ. Renuit cõ
solari anima mea: nisi de te dulcedo
mea. Quid enim mihi est in celo? ⁊ a
te quid volui super terrã? Te volo: te
spero. te q̃ro. tibi dixit cor meũ que/
siui vultũ tuũ. vultuz tuũ domine re
quiram: ne auertas faciẽ tuaz a me.
Amator hominuz benignissime: tibi
derelictus ẽ pauper. orphano tu eris
adiutor. Mi aduocate tutissime: mi
serere mei orphani derelicti. pupillus
factus sum absqz patre: anima mea
quasi vidua. Respice orbitatis ⁊ vi/
duitatis mee lachrymas: quas tibi of
fero donec redeas: eya iam dñe eya.
Appare mihi et cõsolatus ero. Exhi/
be presentiam tuam ⁊ cõsecutus ero
desiderium meũ. Reuela gloriã tuã
⁊ erit perfectũ gaudiũ meũ. Sitiuit
i te aĩa mea qͣ multipliciť tibi ⁊ caro
mea. Sitiuit aĩa mea ad deũ fõtẽ vi/
uum: quãdo veniaz ⁊ apparebo ante
faciẽ domini: quando venies conso/
lator meus. Quẽ expectabo. o si qñ
videbo gaudiuz meum quod deside
ro. O si satiabor cũ apparuerit glo/
ria mea quam esurio. O si inebria/
bor ab vbertate domus tue ad quaz
suspiro. Si potabis me torrente vo/
luptatis tue quem sitio. Sint mihi
domine iterim lachryme mee panes
die ac nocte: donec dicatur mihi. Ec
ce deus tuus: donec audiat aĩa mea.

Ecce sponsus tuus: pasce interim me singultibus meis. refocila me doloribus meis. veniet fortasse redemptor meus quia bonus est: nec tardabit: quia pius est. Ipsi gloria in secula seculorum amen.

Finis meditationum beati augustini episcopi hipponensis

Domine deus omnipotens pater nostrorum abraam: isaac et iacob et semini eorum iusto. qui fecisti celum et terram cum omni ornatu eorum qui signasti mare precepti tui verbo: qui conclusisti abyssum et signasti terribili et laudabili nomini tuo quod omnes pavent et tremunt a vultu virtutis tue. Insustentabilis ira sup peccatores comminationis tue: quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: longanimis et misericors et patiens super malicias hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promisisti penitentiam remissionis peccatorum. Et tu domine iustorum non posuisti penitentiam iustis. Abraam isaac et iacob, his qui non peccaverunt: Quoniam peccavi. super numerum arene maris: et multiplicate sunt iniquitates mee. Incurvatus sum multo vinculo ferri et non est respiratio mihi quia excitavi iracundiam tuam et malum coram te feci: statuens abominationes et multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei precans ad te bonitatem domine peccavi: domine peccavi domine peccavi: iniquitatem meam agnosco: peto rogans te domine remitte mihi remitte mihi: ne simul tradas me cum iniquitatibus meis: neque in eternum serves mala: quia indigne salvabis me propter magnam misericordiam tuam. Et laudabo te in omnibus diebus vite mee: quoniam te laudat omnis virtus celorum semper: et tibi est gloria in secula seculorum amen.

Divi augustini hipponensis epi. Soliloquorum. Ca. j.

Cognoscam te domine cognitor meus: cognoscam te virtus anime mee. Ostende te mihi consolator meus: ut videam te lumen oculorum meorum. Veni gaudium spiritus mei: ut videam te leticia cordis mei: ut diligam te vita anime mee. Appare mihi delectatio mea magna: solatium meum dulce: domine deus meus vita mea: et gloria tota anime mee ut inveniam te desiderium cordis mei: teneam te amor anime mee: ut amplectar te sponse celestis. Exultatio mea intus et extra: ut possideam te beatitudo sempiterna: ut possideam te in medio cordis mei vita beata. dulcedo summa anime mee. diligam te domine fortitudo mea: domine firmamentum meum et refugium meum: et liberator meus ut amem te deus meus: adiutor meus: turris fortitudinis mihi: et spes mea dulcis in omni tribulatione mea: ut amplectar te bonum: sine quo nihil bonum. fruar te optimum: sine quo nihil est optimum. Aperi penetrabilia aurium mearum: verbum penetrabilius omni gladio ancipiti: ut audiam vocem tuam. Intona domine desuper voce grandi et forti. Tonet mare et plenitudo eius: commoveatur terra et omnia que in eis sunt. Illustra oculos meos lux incomprehensibilis. fulgura coruscationes et dissipa eos: ut non videant vanitatem. Flumina multiplica et conturba eos: ut appareant fontes aquarum: et revelentur fundamenta orbis terrarum. Tribue visum lux invisibilis: qui te videat. Crea novum olphatum odor vite: qui post te currat in odorem unguentorum tuorum. Gustum sana qui sapiat et cognoscat et discernat quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quam

abscondisti timentibus te siue his q pleni sunt caritatis tue. Da cor qd te cogitet: animū qui te diligat: atqꝫ mē tē q te recolat: intellectuꝫ qui te ītelligat: rōnem que tibi semper summo dulci fortit adhereat: te sapienē amor sapiens diligat. O vita cui omnia viuūt: vita que das mihi vitam: vita que es mea vita: per quam viuo: sine qua morior: vita per quā resuscitor: sine qua pereo: vita ꝑ quam gaudeo sine qua tribulor: vita vitalis: dulcis ꝛ amabilis semꝑ memorialis: vbi q/so es: vbi te inueniam: vt in me defi/ciam: ꝛ in te subsistam? prope esto in animo: prope in corde: prope in ore: prope ī auxilio: quia amore langueo quia sine te morior: quia te recolens suscitor. Odor tuus me recreat: memoria tua me sanat: sed satiabor cum apparuerit glia tua: vita anime mee. cōcupiscit ꝛ deficit anima mea de memoria tua. quando veniam et apparebo tibi leticia mea. Quare fa/ciē tuā auertis gaudium meū per qd gaudeo? vbi es absconditus pulcher quē desidero? Odorē tuum haurio: amo te ꝛ gaudeo: te autē non video: vocem tuā audio ꝛ reuiuisco: sed cur faciem tuam abscondis? forte dicis. Non me videbit homo ꝛ viuet. Eya dn̄e moriar: vt te videā. videā vt hic moriar. Nolo viuere: nolo mori: dis/solui cupio ꝛ esse cum xp̄o. Mori d/siderio vt videam christuꝫ: viuere re nuo vt viuam cum christo. Domine iesu accipe spiritum meum: vita mea suscipe animam meam. Gaudiū meū attrahe cor meuꝫ dulcis cibus meus comedam te: caput meum dirige me. Lumen oculoꝝ meoꝝ illumina me: melos meꝰ tēpera me: creator meus viuifica me: verbum dei recrea me. Laus mea letifica animam serui tui. Intra in eam gaudium meum vt te ꝛ in te gaudeat. intra in eam dulcedo sūma vt dulcia sapiat: lumen eternuꝫ illustra super eam: vt te intelligat cognoscat ꝛ diligat. Ob hoc. n. n̄ te diligit domine: qꝛ si non diligit non te cognoscit. Et te ideo non cognoscit: qꝛ non intelligit. Et idcirco nō intelligit. quia lumen tuum non comprehendit lux in tenebris lucet ꝛ tenebre eam non comprehenderunt. O lux men/tis: o lucens veritas: o vera claritas que illuminas oēm hominem veniē/tem in hunc mundum. Venienteꝫ q/dem: sed non diligentem: quia qui diligit eum inimicus dei constituitur. Expelle tenebras desuꝑ faciē abyssi mentis mee: vt videat te ītelligēdo: vt cognoscat te cōprehēdendo: vt diligat te cognoscendo. Quisqꝫ enim cognoscit te se obliuiscitur: diligit te: amat te plusqꝫ se: relinquit se ꝛ venit ad te: vt gaudeat de te: hinc est ergo domine ꝙ non tm̄ diligo quantum debeo: qꝛ non plene cognosco te. Sꝫ qꝛ paꝝ cognosco: paꝝ diligo ꝛ qꝛ paꝝ diligo de te paꝝ gaudeo. sed a te vo gaudio interiori per exteriora rece/dens: dum te careo adulterinas amicicias in his exterioribꝰ quero. Et sic miser ego: cor meū qd tibi soli debui toto amore totoqꝫ affectu impēdere vanis dedi: ꝛ ideo vanus effectus sū dū vanitatē dilexi. Hic etiā est dn̄e ꝙ in te non gaudeo: ꝛ iō tibi nō adhereo: qꝛ ego in exterioribꝰ: tu in īterioribus ego in tꝑalibus tu in spiritualibus: ego in transitorijs animo diffundor: cogitatione versor: locutiōe īplicor: ꝛ tu domine ī eternis habitas eꝫnitatem: tu in celo ego ī terra: tu diligis alta: ego īfima: tu celestia ego ter

restria. Et qñ poterũt hec contraria cõuenire. De miseria ꝛ fragilitate hominis. Capitulũ. ij.

Miser ego qñ poterit obligtas mea tue rectitudini adeq̄ri? Tu dñe diligis solitudinẽ: ego multitudinẽ: tu silẽtiũ ego clamorẽ: tu ỽitatẽ ego vanitatẽ. tu mundiciã ego imundiciã sequor. Quid plura dñe. Tu vero bonus: ego malus. tu pius ego impius. tu sanctus: ego miser. tu iustus ego iiustus. tu lux ego cecus. tu vita ego mortuus. tu medicina ego eger. tu gaudiũ ego tristicia. tu sũma veritas ego vniuersa vanitas: vt oĩs hõ viuens. heu qd igit̃ o creator dicã. audi o creator Creatura tua sum. iã perij. creatura tua suz iã morior. Factura tua suz: iã ad nihilũ redigor. Plasma tuũ sum. Manus tue domine fecerũt me ꝛ plasmauerũt me. manꝰ inq̃ꝫ ille q̄ affixe clauis sũt ꝓ me. Opꝰ manuũ tuaꝝ dñe ne despicias. Uulnera manuũ tuaꝝ ꝑcor vt aspicias. Ecce i manibꝰ tuis ds scripsisti me. lege ipaz scripturã ꝛ salua me. En ad te suspiro creatura tua: creator es recrea me. En ad te clamo factura tua: vita es viuifica me. En ad te respicio tuum plasma. plasmator es restaura me. Parce mihi dñe: nihil eniz sunt dies mei. Parce mihi colloq̄nti tibi. Ignosce seruo tuo q presumit loq tãto dño Legẽ nõ habet necessitas. Dolor me ꝯpellit dicere: calamitas quã patior cogit me exclamare. Egrotus suz ad medicũ clamo. cecus sum ad lucẽ ꝓpero. Mortuus sũ ad vitã suspiro: tu medicus. tu lux. tu vita ihũ nazarene miserere mei. miserere mei fili dauid miserere fons misericordie. Audi qui ad te clamat ifirmuz. Lux que trãsis expecta cecũ. prebe manum vt ad te veniat ꝛ i lumine tuo videat lumen vita viuẽs reuoca mortuũ. Quid sũ ego q loq̄r tecũ. Ueh mihi dñe parce mihi domine. ego cadauer putridũ: esca vermiũ: vas fetidum: cibꝰ igniũ Quid suz ego q loq̄r tecũ? Ueh mihi pce mihi dñe. Infelix ego suz. homo inquit natus de muliere breui viuẽs tempore. repletus multis miserijs. homo inq̃ꝫ vanitati similis factus. cõparatus iumẽtis insipientibus: ꝛ iam similis factus illis. Quid iteruz ego abyssus tenebrosa. terra misera. filiꝰ ire. vas aptum in contumeliaz. genitus ꝑ immundiciam. viuens in miseria: moriturus in angustia. Heu miser quid sũ. heu quid futurus sum: et quid sum. vas sterquilinij vas putredinis. plenus fetore ꝛ horrore. cecus. pauper: nudus. plurimis necessitatibus subditus. ignorans introitum et exitum meum. miser ꝛ mortalis: cuiꝰ dies sicut vmbra preterẽt. cuius vita sicut vmbra lunatica euanescit: sicut flos i arbore crescit ꝛ statim marcescit. nunc floret ꝛ statim aret. Uita inq̃ꝫ mea vita fragilis: vita caduca: vita que q̃to magis crescit tãto magis decrescit. q̃to magis ꝓcedit tãto magis ad mortẽ accedit. vita fallax ꝛ vmbratica plena laqueis multis. nunc gaudeo stati tristor. nunc vigeo sepe infirmor. nũc viuo statiz morior. Nunc felix appareo semꝑ miser. nũc rideo iam fleo. sicq̃ꝫ oĩa mutabilitati subiacent vt nihil vix vna hora i vno statu permaneat. Hinc timor hic tremor. hinc fames hinc sitis. hinc calor hinc frigus. hinc languor inde dolor exuberat. subsequitur his iportuna mors que mille modis miseros homines cõtinue rapit. hunc nãq̃ febribꝰ illuz opprimit doloribꝰ. hũc cõsumit

fames:illum sitis extinguit:hunc suf-
focat aqs:illum interimit laqueo. Il-
lum perimit flāmis:aliū dentibꝰ be-
stiarum ferociū vorat. hunc trucidat
ferro. illum veneno corrumpit. alterū
tantum repentino terrore miserā vi-
tam finire compellit. Et nunc super
hec omnia magna miseria:qꝛ cuȝ ni-
hil sit certius morte: ignorat tn̄ hō fi
nem suum. Et cuȝ non putat tollitur
ꝛ perit spes eius. Nescit enim homo
quando vel vbi vel quomodo moria
tur. tantuȝ certum est ꝙ mori oporte
at. Ecce dn̄e ꝙ̄ magna miseria hoīs
in qua sum:nec timeo:ꝙ̄ grādis cala
mitas quam patior. nec doleo:ꝛ ad
te nō clamo. Clamabo domine ante
ꝙ̄ transeam:si forte nō trāseam. sed i
te maneā. Dicā ergo dicam miseriaȝ
meam:confitear:nec erubescaȝ ante
te vilitatem meam. Adiuua me forti
tudo mea per quā subleuor ꝛ succur
re mihi. Succurre virtus per quam
sustentor. Ueni lux per quam video
appare in gloria per quam gaudeo:
Appare inꝙ̄ ꝛ viuā o domine deus
meus ¶ De mirabili lumine dei
Capitulum tertium.

O Lux quam videbat thobias
qn̄ oculꝭ clausis docebat filiū
suum viam vite. Lux quam videbat
isaac interius: quando caligantibus
oculis exterius filio futura narrabat
Lux inꝙ̄ inuisibilis cui omnis abys-
sus humani cordis est visibilis. Lux
quaȝ iacob videbat quando sicut tu
intus docebas:filijs vētura predice
bat. Ecce tenebre sunt super faciem
abyssi. tu es lumen. Ecce caligo tene
brosa super aquas cordis mei: tu es
veritas. O verbum per quod facta
sunt omnia: sine quo factum ē nihil.
verbum qđ es āte oīa: ante quod
nihil. verbū creans oīa:sine quo oīa
nihil. verbū regēs oīa sine quo nihil
sunt omnia. verbuȝ quod dixisti fiat
lux ꝛ facta est lux. Dic etiā nunc fiat
lux ꝛ facta sit lux: vt videaȝ lumen:ꝛ
cognoscam qcquid non est lumen. qa
sine te mihi tenebre lumē:ꝛ lumē te-
nebre ponunt̄. Et sic sine tua luce nō
ē veritas. non ē discretio:adest error
adest vanitas non est veritas. Non ē
discretio:adest confusio. adest ignorā
tia non ē sciētia. adest cecitas:non est
visio:adest inuium:non est via: adest
mors:ꝛ vbi est mors non ē vita. ¶ De
mortalitate hūane nature. Cap. iiij.

E Cce dn̄e qꝛ lux nō est: mors
est. immo nec mors est:qꝛ ni
hil est mors. Mors enim est
priuatio vite. Nam propter ipsaȝ ad
nihilū tendimus dum nos nihil face-
re per peccatū non formidamus:ꝛ iu
ste quidē hoc domine. nam digna fa-
ctis recipimꝰ:dum ad nihilum deue-
nimus tāꝙ̄ aqua decurrēs. quia sine
te factū est nihil:ꝛ nos faciēdo pecca
ta facti sumus nihil:quia sine te faci-
mus per quem facta sūt oīa sine quo
factū est nihil. O dn̄e verbū. o deus
verbū ꝑ qđ facta sūt oīa:sine q̊ fcūm
ē nihil: Ueh mihi misero totiēs obce-
cato:qꝛ tu lux:et ego sine te. veh mi-
hi misero totiens vulnerato:qꝛ tu sa-
lus. ꝛ ego sine te. Ueh mihi misero to
tiēs ifatuato:qꝛ tu es veritas et ego
sine te. Ueh mihi misero et sine te
totiens mortuo: qꝛ tu vita:et ego si-
ne te. Ueh mihi misero totiēs adnihi
lato:qꝛ tu verbū:ꝑ qđ facta sunt oīa.
et ego sine te:sine quo factū est nihil.
O dn̄e ꝟbū:o deus verbū:q es lux.
per quē facta est lux:qui es via veri-

tas et vita. via ĩ qua non sũt tenebre: error vanitas neqȝ mors. Lux sine q̃ tenebre. via sine qua error. veritas sine qua vanitas. vita sine qua mors. Dic verbũ dic dñe fiat lux: vt videaȝ lucẽ ⁊ vitem tenebras. videam viaȝ: ⁊ vitẽ inuium. videam veritatẽ ⁊ vitẽ vanitateȝ. videam vitaȝ ⁊ vitem mortem. Illuminare dñe lux mea: illuminatio mea: ⁊ salus mea queȝ timebo: deus meus quẽ laudabo. Deus meꝰ queȝ honorabo. Pater meus quem amabo: sponse meus cui me seruabo Illũĩnare lux illuminare inq̃ꝫ huic ceco tuo: qꝛ ĩ tenebris et vmbra mortis sedet. Et dirige pedes eius ĩ viaȝ pacis: per quaȝ ingrediar ĩ locuȝ tabernaculi admirabilis vsqȝ ad domũ dĩ ĩ voce exultatiõis et cõfessionis. Uera eni confessio ẽ via per quaȝ ingredior ad te. via per quaȝ egrediar ab inuio ⁊ redeã ad te viã: qꝛ tu es vera via vite.

Quid sit nihil fieri. Ca. v.

Confitear ergo: confitear tibi domine pater celi ⁊ terre miseriaȝ meaȝ vt me venire liceat ad misericordiam tuam. miser quippe factus sum et ad nihilũ redactus sum: et nesciui qꝛ tu es veritas ⁊ ego nõ erã tecũ. Uulnerauerunt me et non dolui qꝛ tu es vita: et ego non eram tecum. Ad nihilũ duxerũt me: qꝛ tu es verbum: et ego non erã tecũ per quem facta sunt omnia: sine quo factuȝ est nihil: et sine te ego factus sum nihil. Quid est nihil quod ad nihilũ ducit. Omnia per ip̄m facta sunt quecũqȝ facta sunt. Et qualia facta sunt? Uidit deus cũcta que fecerat: et erant valde bona. Oĩa quecunqȝ sunt per verbum facta sunt. et quecũqȝ facta sunt valde bona sunt: quare bona sunt? quia omnia per v̓bum facta sunt: ⁊ sine ip̄o factum ẽ nihil: qa nihil bonum sine summo bono ẽ. Sȝ malum est vbi non est illud bonum: quod vtiqȝ nihil est: quia nihil aliud ẽ malum q̃ꝫ p̄uatio boni: sic̃ nihil aliđ ẽ cecitas q̃ꝫ priuatio luminis. Malum vtiqȝ nihil est. quia vtiqȝ sine v̓bo factum est nihil. Illud aũt malũ est qđ priuat illo bono: per quod facta sunt omnia bona: scilicet verbo per quod omnia sunt et quecunqȝ sunt. At q̃ non sunt. per ip̄m facta non sunt: et ideo nihil sunt: et ideo mala sunt: qa facta non sunt. quia omnia quecũqȝ facta sunt per v̓buȝ facta sunt: et iđ oĩa bona sunt. Restat igitur ꝙ oĩa q̃ facta non sunt bona non sunt. qꝛ oĩa quecunqȝ facta sunt bona sunt. ideo mala sunt que facta nõ sunt. et ideo nihil sunt: quia sine v̓bo factum ẽ nihil. Malum igitur nihil est qꝛ factuȝ nõ est. Sed qualiter malum est: si factum nõ est. Quia maluȝ priuatio boni est per qđ bonuȝ factum est. Esse ergo sine v̓bo malũ est qđ esse non ẽ quia sine ip̄o factum nihil est. Sȝ qd est separari a v̓bo? Si hoc queris scire: audi quid est v̓bum. v̓bum dei dicit. Ego sum via veritas et vita. separari ergo a verbo est esse sine via sine veritate sine vita. et ideo sine ipso nihil: et ideo malum quia separatur a bono per quod facta sunt omnia valde bona. Separari aũt a verbo per quod omnia facta sũt nihil aliud est q̃ꝫ deficere ab effectu et trãsire ĩ đfectum: quia sine ip̄o nihil. Quotiens ergo a bono đuias: a v̓bo te separas quia ipsum est bonũ et ideo nihil efficeris: qꝛ sine v̓bo es. sine quo factũ ẽ nihil. Nũc dñe illũĩnasti me lux vt vi

derem te vidi et cognoui me quia il luminasti me quia totiens nihil fact⁹ sum quotiens a te separatus sum et ideo mai⁹ effectus suz. Ueh mihi mi sero ut quid hoc nō cognoscebā quia te deserens nihil fiebam? Sed qd hoc quero si nihil eram quomodo co gnoscere ualebam? Scimus quia ni hil nihil est. et quod nihil est nō est. ꝛ quod non est bonum non est. quia ni hil ē: si ergo nihil fui cū sine te fui: q̄ si nihil fui et velut idolū quod nihil est: quod quidem aures habet et nō audit: nares habet et nō odorat ocu los habet et nō videt. os habet et nō loquitur manus habet et nō palpat pedes habet et non ambulat et oīa liniamenta habet membrorum sine sensu eorum.

De casu anime in peccatis. Capitulū. vj.

Cum igitur fui sine te: nō fui sed nihil fui. ꝛ ideo cecus erā surdus et insensibilis quia nec bonū discernebam nec malum fugiebam nec dolorem vulnerum sentiebam. nec tenebras meas uidebam quia eraz sine te uera luce: que illuminas omnem hominem venientem in hūc mūdū. Ueh mihi vulnerauerunt me et non dolui: traxerunt me et non sē si. quia nihil eram quia sine vita erā: que est verbum per quod facta sunt omnia. Ideo domine lux mea inimi ci mei de me fecerunt quecunq̧ vo luerunt: percusserūt: nudauerūt pol luerunt: corruperunt: vulnerauerūt et occiderunt me: quia recessi a te. ꝛ factus sum nihil sine te. heu domine uita mea qui fecisti me: lux mea qui dilexisti me. Defensor vite mee mise rere mei et resuscita me. domine de us meus spes mea virtus mea forti tudo mea consolatio mea: in die tri bulationis mee: respice inimicos me os et eripe me: fugiant a facie tua q oderunt me: et ego viuaz in te per te Ipsi. n. domine considerauerunt me et videntes me sine te despexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea uirtutuz quibus ornaueras me: fece rūt sibi uias per me sub pedibus su is conculcauerunt me fecibus pecca torum polluerunt templum sanctuz tuum. posuerunt me desolatuz ꝛ me rore confectum. Ibam post eos cec⁹ et nudus et illaqueat⁹ funibus pec catorum trahebant me post se in cir cuitu de vitio in vitium et de luto ī lutum. et ibaz absq̧ fortitudine ante faciem subsequentis. Seruus eraz et seruitutem amabam. Cecus eram et cecitatem desiderabam. vinctus eram et vincula non horrebam. ama rum dulce et dulce amarum crede bam. Miser eram nec cognoscebaz et hoc quia sine verbo eraz sine quo factum est nihil per quod omnia con seruantur: sine quo omnia adnihilāt Sicut. n. omnia per ipsum facta sūt et sine ipso factum est nihil: sic per ipm omnia conseruantur: quecunq̧ sunt siue in celo siue in terra: siue in mari et in omnibus abyssis. Nec ps parti in lapide aderet nec in aliquo creatorum nisi quia per verbum cō seruantur per quod omnia facta sūt Adheream ergo tibi verbum vt cō serues me quia vbi a te recessi perii ī me nisi quia tu qui me feceras refeci sti me. Ego peccaui: tu me visitasti: Ego cecidi tu me erexisti: Ego igno raui tu me docuisti. ego non vidi tu me illuminasti.

De multiplicib⁹ beneficiis dei. Cap. vij.

Miser ego de⁹ me⁹: q̄tū tene or diligere te ostende mihi

q̄tū debeo laudare te: demōstra mi/
bi q̄tū debeo placē tibi inotesce mihi
quātū debeo diligere te. Ignosce mi
hi. Intona dn̄e voce grandi ꝛ forti in
īteriorez aurez cordis mei: doce me ꝛ
salua me: ꝛ collaudabo te q creasti me
cū nihil eēz qui illuminasti me cū in te
nebris essē. qui resuscitasti me cū mor
tu⁹ essez: q pascis me a iuuentute mea
omnib⁹ bonis tuis: ꝛ hūc inutilez ver
mez fetentez peccatis nutris optimis
bonis tuis. Api mihi o clauis dauid:
qui apis ꝛ nemo claudit illi cui tu ape
ris: claudis: ꝛ nēo apit illi cui tu clau/
dis. aperi mihi hostiuz luminis tui vt
ingrediar: videaz ꝛ cognoscā ꝛ confi
tear tibi in toto corde meo: quia mise
ricordia tua magna ē super me: ꝛ eru
isti animaz meaz ex inferno inferiori.
Dn̄e deus noster q̄ admirabile ꝛ lau
dabile est nomē tuū in vniuersa terra
Et quid est hō qḋ memor es eius: aut
filius hominis qm̄ visitas eum? Dn̄e
spes sanctoꝝ ꝛ turris fortitudinis eo/
rū: deus vita anime mee per quaz vi
uo: sine q̄ morior: lumen oculoꝝ meo
ruz per qḋ video: sine quo orbor: gau
diū cordis mei ꝛ leticia spirit⁹ mei: di
ligā te toto corde meo ꝛ toto animo
meo: ꝛ totis medullis ꝛ viscerib⁹ meis
q2 tu prior dilexisti me. Et vnde hoc
mihi o creator celi ꝛ terre ꝛ abyssi qui
bonoꝝ meorū non īdiges. Unde hoc
mihi q2 dilexisti me. O sapientia que
aperis os mutoꝝ. o verbuz per qḋ fa
cta sunt oīa: aperi os meū: da mihi vo
cez laudis vt enarrē omnia beneficia
tua: que mihi dn̄e a pͥcipio cōtulisti.
Ecce. n. sum: q2 tu creasti me: ꝛ qḋ me
creares ꝛ in numero creaturaruz tua
ruz numerares ab eterno tu preordi
nasti: anteq̄ quicq̄ faceres a pͥcipio
ante q̄ extēderes celos: nec dū erāt
abyssi: adhuc terraz non feceras: nec
montes fundaueras: nec dum fontes
erumperant: ante q̄ hec omnia que fe/
cisti per verbū faceres: me creaturaz
tuā fore certissima veritatis tue pro/
uidentia p̄uidisti: ꝛ esse me creaturaz
tuam voluisti. Et hoc vnde mihi dn̄e
benignissime deus altissime: pater mi
sericordissime: o creator potentissime
ꝛ semper mitissime: que mea merita?
que mea gratia? vt complaceret ante
conspectuz tue magnifice maiestatis
creare me nō erā: ꝛ creasti me. Nihil
fueram ꝛ de nihilo me aliquid fecisti.
Quale autez aliquid? non stillā aque
non ignē: non auez vel piscez vel ser/
pentē vel aliquid ex brutis animalib⁹
non lapidez vel lignū: non ex eorū ge
nere que tātū habent esse: vel ex eoꝝ
que tantum esse possunt ꝛ crescere:
Nō ex eorū genere que tm̄ ꝛ eē ꝛ cre
scere ꝛ sentire possunt: sed super hec
omnia voluisti me esse ex his que tan
tuz hn̄t esse: quia suz: ꝛ ex his que tātū
habent esse ꝛ crescere quia sum: ꝛ cre
sco: ꝛ ex his que sunt ꝛ crescunt ꝛ sen
tiunt: quia suz ꝛ cresco ꝛ sentio: ꝛ pau/
lominus parē me creasti āgelis: quia
rationē te cognoscēdi cuz ipsis a te ac
cepi. Sed paulo minus vtique dixi.
Naz illi tuā felicē noticiā iā hn̄t p spēz
Ego āt per spez: illi vero facie ad faci
em: ego per speculuz in enigmate: Il
li plene: ego aūt ex parte. De di
gnitate hoīs futura. Capitulū. viii.

Ed cum venerit qḋ perfectū
est euacuabitur qḋ ex parte
est: qn̄ iā reuelata facie tuā fa
ciem videbimus: quid iaz prohibebit
nos non esse minores paulominus ab
angelis: quos tu domine corona spei
que ornata est gloria ꝛ honore corona
ueris quos tu nimis q̄si amicos tuos

honorificaueris: imo p omnia pares z equales angelis. Nempe z hoc veritas tua dicit: equales.n.ägelis z filij dei sunt. Quidnã mirũ si filij sunt dei si pares fiũt ãgelis. Uere quidẽ erũt filij dei: quia filius hominis fact⁹ ẽ filius dei: Hoc vtiqꝫ ɔsiderãti mibi fiducia ẽ dicere: nõ hõ minor paulominus ab angelis: nõ vtiqꝫ tãtũ equalis ãgelis: sed superior angelis: quia hõ deus z deus hõ non angelus. Et dicã propter hoc hominẽ esse creaturarum dignissimã: quia verbũ qḋ erat in pricipio deus apud deũ. deus verbuz per qḋ deus dixit: fiat lux z facta est lux: Angelica.s.natura: verbũ per quod deus creauit oĩa in pricipio. Idẽ verbũ caro factũ est z habitauit ĩ nobis z vidimus gloriam eius. Ecce gloria p quã glorior quãdo sane glorior. Ecce gaudiũ per qḋ gaudeo quando sane gaudeo: domine deus meus vita z tota gloria aĩe mee. Confiteor ergo tibi domine deus meus quia cũ me creasti rationis capacẽ: angelis quodãmodo parez creasti quia perfici possuz p verbũ tuũ vt veniaz ad equalitatem angeloꝝ: vt habeaz adoptionẽ slioꝝ per vnigenitũ verbũ tuũ domine: p filiũ tuũ dilectũ in quo tibi bene complacuit. per virũ coheredẽ z cõsubstãtialẽ tibi: z coeternũ iesũ christũ vnicũ deũ z redẽptorẽ nostrũ: illuminatorẽ z consolatorẽ nostrũ: aduocatũ nostꝝ apud te: z lumen oculorũ nostrorũ: q est vita z saluator noster: z spes vnica nostra: qui nos dilexit magis qꝫ se: per quez habemus fiduciaz repositã. z firmã apud te spez: z accesum veniendi ad te: quoniã dedit potestatem filios dei fieri: his q credunt in nomine eius Laudẽ tribuã nomini tuo domine q me ad imaginez z similitudinem tuaz creando tante glorie fecisti me fore susceptibilẽ: vt possiz fili⁹ dei fieri. hoc vtique nõ possunt arbores: nõ possũt lapides: nõ omnia generaliter que mouẽtur: vel crescũt ĩ aere vel ĩ mari vel ĩ terra: quia nõ dedit eis potestatez p verbũ tuũ filios dei fieri: quia rationẽ nõ habẽt. Nã z hec potestas in ratione cõsistit per quaz cognoscimus deuz: Dedit aũt hãc hominib⁹ quos creauit rationabiles ad imaginẽ z similitudinẽ suaz. Et ego vtiqꝫ dñe per tuã gratiaz homo suz z filius tu⁹ esse possuz per gratiaz: qḋ illi nõ possunt. Unde hoc mihi dñe veritas sũma: vera qꝫ sũmitas: z principiũ omniũ creaturarũ? Unde hoc mihi domine vt possiz fieri filius dei qḋ illi non possunt? Tu es qui manes ĩ eternũ qui omnia creasti simul. Simul creasti homines z iumenta: lapides z virentia terre. Nõ.n. precesserũt merita: nulla eorũ antecessit gratia: quia omnia tua tantũ bonitate creasti: z pares omnes creature fuere ĩ meritis: quia omniũ nulla fuere merita. Et vnde ergo magis tua bonitas in hac tua creatura quaz fecisti rationalem: qꝫ in omnibus aliis que sunt sine ratione: apparuit. Quare non ego sicut z omnes ille: aut cur omnes ille: sicut ego: aut ego solus sicut ille? Que mea merita: que mea gratia. vt me filium tuum posse fieri susceptibilem creares: qḋ illis omnibus denegares? Absit domine vt hoc sentiã. Tua tantuz gratia: tua tantuz bonitas: hoc fecit: vt essem perticeps dulcedinis eius. Illa igitur gratia qꝫ me de nihilo creasti illam queso dñe da mihi: vt tibi de hoc referã gratiaz.

De omnipotẽtia dei. Capitulũ. ix.

Omnipotens man⁹ tua semp
vna ꝛ eadē:creauit ī celo an
gelos.ꝛ ī terra vermiculos:
nō superioꝛ in illis:nō inferioꝛ in istis:
Sicut.n.nulla manus angelū:ita nul
la possꝫ creare vermiculū:sicut nulla
celū: ita nulla minimū arboris foliū:
sicut nulla corpus:ita nulla vllū capil
lū albū potest facere aut nigrū: Sed
omnipotens manus tua:cui oīa pari
modo sunt possibilia :nec.n. possibili⁹
est ei creare vermiculum ꝙ angeluꝫ:
nec īpossibilius est extendere celū ꝙ
folium:nec leuius formare capillū ꝙ
corpus:nec difficilius fundare terraꝫ
super aquas.ꝙ aquas super terrā sed
omnia quecunque voluit fecit sicut
voluit in celo ꝛ in terra in mari ꝛ in oī
bus abyssis:ꝛ me inter oīa sicut volu
it potuit ꝛ sciuit. Potuit quideꝫ man⁹
tua domine:me lapidē: vel auem: vel
serpenteꝫ vel belluā aliquaꝫ creare.
ꝛ sciuit.sed noluit propter suaꝫ boni/
tateꝫ.Quare ergo ego non suꝫ lapis
vel arbor vel aliqua bellua? quia sic
ordinauit bonitas tua. Et vt hoc ordi
naret non precesserunt merita mea.

De laude dei. Capitulum.x.

Unde hoc mihi dn̄e. vnde mi
hi laudes ad laudādū te? sicut
fecisti me sine me.sicut cōpla
cuit ante te.ita laus tibi est sine me: si
cut complacet ante te. Laus tua dn̄e
tu ipse es. Laudēt te opera tua secun
dū multitudinem magnitudinis tue.
laus tua dn̄e incōprehensibilis ē. Cor
de non comprehenditur.ore non men
suratur.aure nō percipitur quia ista
transeunt ꝛ laus tua domine manet ī
eternum.cogitatio incipit.ꝛ cogitatio
finitur. Uox sonat ꝛ trāsit.auris audit
ꝛ auditus transit.laus vero tua ī eter
nū stat.Quis ergo est qui te laudat?
quis ergo hō annunciat laudeꝫ tuaꝫ?
laus tua ꝑpetua est.trāsitoria nō est.
hic te laudat qui teipsuꝫ laudeꝫ tuaꝫ
credit:hic.n.te laudat q seipsū nosciti ī
tua laude nō posse ꝑtingere.laus ꝑpe
tua que nūꝙ trāsit. In te est laus no
stra.in te laudabitur anima mea. Nō
nos laudam⁹ te:sed tu te:ꝛ ꝑ te ꝛ ī te ꝛ
nobis etiā est laus in te:ꝛ tunc veram
habemus laudeꝫ.quando a te habe/
mus laudem. quando lux approbat
luceꝫ:quia tu vera lux tribuis verā lu
ceꝫ.Quotiēs ab alio aliquo querim⁹
laudē:totiens tuaꝫ amittimus laudē
quia illa trāsitoria est:sed tua eterna.
Si trāsitoriā querimus:eternā amitti
mus:Sic eternā volumus:trāsitoriaꝫ
non amemus:laus eterna dn̄e deus
meus a quo oīs laus sine quo nulla ē
laus. Non.n. valeo laudare te sine te
habeaꝫ te:ꝛ laudabo te:Quid.n. ego
sū dn̄e per me vt laudeꝫ te. puluis ꝛ
cinis ego suꝫ:canis mortuus ꝛ fetens
ego suꝫ:vermis ꝛ putredo ego sum:
Quis ego suꝫ vt laudē te domine de
us meus fortissime spirituū vniuerse
carnis:q hītas eternitateꝫ? Nūquid
tenebre laudabunt te lucē.aut mors
vitā? Tu lux ego tenebre tu vita.ego
mors.nunquid vanitas veritateꝫ lau
dabit.tu es veritas. ego hō similis fa
ctus vanitati.quid ergo dn̄e laudabo
te nūquid miseria mea laudabit te?
nūquid fetor laudabit odorem? nun/
quid mortalitas hoīs que hodie est ꝛ
cras tollitur laudabit te? Nunquid
laudabit te homo putredo ꝛ filius ho
minis vermis? Nunquid laudabit te
domine qui in peccatis genitus est ꝛ
natus ꝛ nutritus? Non est enim spe
ciosa laus in ore peccatoris. laudet
te domine deus meus omnipotens
potentia tua incircunscriptibilis.sa/

pientia tua: ꝛ ineffabilis bonitas tua: laudet te supeminens clementia tua. superabundans misericordia tua: sempiterna quoqꝫ virtas ꝛ diuinitas tua: laudet te omnipotentissima fortitudo tua: summa quoqꝫ benignitas tua ꝛ charitas tua: propter quā creasti nos dn̄e deus vita anime mee.

De spe erigenda ad deum. Capitulum. xi.

Ego autem creatura tua sub vmbra alarū tuaꝝ sperabo in bonitate tua q̄ creasti me. Adiuua creaturā tuā quā creauit benignitas tua: nō peat ī malitia sua qđ opata ē bonitas tua: non peat ī miseria sua qđ fecit sūma clementia tua. Que est. n. vtilitas ī creatōe tua si descendaꝫ ī corruptionē meā? Nūquid vane deus ꝯstituisti filios hominuꝫ? Creasti me dn̄e: rege qđ creasti: opera manuū tuarū ne despicias de⁹. Me fecisti de nihilo: si me nō regis dn̄e iterū reuertar ad nihilū: Sicut. n. dn̄e n̄ erā ꝛ de nihilo fecisti me: sic si me non regis adhuc ad nihiluꝫ redigar. Adiuua me domine vita mea ne pereaꝫ in malicia mea: si non creasses me dn̄e n̄ esseꝫ quia creasti me iaꝫ sum. Si non regis iaꝫ non suꝫ. Non. n. mea merita non mea gratia te coegerunt vt creares me: sed benignissima bonitas tua ꝛ clemētia tua: Jlla charitas tua dn̄e deus meus que te ad creationē coegit: ipsa queso modo cogat te ad regēdꝫ. Quid. n. prodest qđ cōpulit charitas tua ad creādꝫ si pereaꝫ ī miseria mea ꝛ nō me regat dextera tua? Hec te cogat domine deus meus clementia ad saluandū qđ creatuꝫ est que te cōpulit creare quod creatuꝫ est: Jpsa te vincat charitas ad saluanduꝫ que te vicit ad creandū quia nec nunc minor ē quia ipsa charitas tu ipse es qui semper idem es: Non est abbreuiata manus tua vt saluare nequeat: necꝫ aggrauata est auris tua vt non audiat: sꝫ peccata mea diuiserūt inter me ꝛ te: inter tenebras ꝛ luceꝫ: īter imaginē mortis ꝛ vitā: īter vanitatē ꝛ veritatē: inter lunaticaꝫ hanc vitam meam ꝛ sempiternaꝫ tuaꝫ.

De laqueis concupiscentiaruꝫ. Capituluꝫ. xii.

Ecce vmbre quibus operior in hac abysso caliginosa carceris huius in quo prostrat⁹ iaceo donec aspiret dies ꝛ inclinētur vmbre fiatqꝫ lux ī firmamēto ꝟtutis tue: vox dn̄i ī ꝟtute vox dn̄i ī magnificētia: dicatqꝫ fiat lux ꝛ effugent tenebre: ꝛ appareat arida: germinetqꝫ t̄ra herbaꝫ virenteꝫ ꝛ facientem semen ꝛ fructuꝫ bonuꝫ iusticie regni dei domine pater ꝛ deus: vita: per quā omnia viuūt: ꝛ sine qua omnia mortua computantur: ne derelinquas me in cogitatu maligno: ꝛ extollentiam oculoꝝ meoruꝫ ne dederis mihi. Aufer a me concupiscentias: ꝛ animo irreuerenti ꝛ infrunito ne tradas me: sed posside cor meū vt te cogitet semper. Jllumina oculos meos: vt te videant: ꝛ nō extollantur ante te gloria sempiterna Sed humiliter sentiant: non in mirabilibus super se: ꝛ que a dextris sunt videant: non que a sinistris absque te ꝛ palpebre mee precedant gressus meos. Nam ꝛ palpebre tue interrogant filios hominum. Allide concupiscentiam meaꝫ dulcedine tua quā abscondisti timētibus te. vt concupiscam te concupiscentijs sempiternis: ne vanis illectus ꝛ deceptus interior gust⁹ ponat amarum dulce: ꝛ dulce amarū ne tenebras lucem ꝛ lucem tenebras: in medio tot decipularum. passim ab inimico super facieꝫ vie huius ad ca-

piendas animas peccatorũ quib⁹ ple
nus est totus mundus: vt is qui vidit
sub silentio nõ trãsiret inquiens: quic
quid est ĩ mũdo: aut est concupiscẽtia
carnis aut cõcupiscẽtia oculorũ: aut
superbia vite. Ecce domine deus me
us mũdus totus plenus est cõcupiscẽ
tiarũ laqueis: quos parauerũt pedi/
bus meis: Et quis effugiet hos laque
os? pfecto a quo tu abstuleris extol/
lẽtiaz oculoꝝ suoꝝ: vt nõ eum capiat
concupiscẽtia oculoꝝ: ⁊ a quo tu ab/
stuleris carnis cõcupiscẽtiaz: ne eũ ca
piat carnis cõcupiscentia: ⁊ a quo tu
abstuleris animũ irreuerẽtez ⁊ infru
nitũ: ne euz callide decipiat superbia
vite. O q̃ felix cui hec tu facies: quip
pe trãsibit ĩmunis. Nũc te precor per
te: adiuua me ne corruã ĩ cõspectu ad
uersariorũ meorũ: captus laqueis eo
rũ: quos parauerũt pedibus meis vt
ĩcuruarent animaz meam. Sed erue
me virtus salutis mee: ne sibi risuz ex
hibeant de me inimici tui qui oderũt
te. Exurge domine deus meus fortis
meus ⁊ dissipentur inimici tui ⁊ fugi/
ant qui oderunt te a facie tua. Sicut
fluit cera a facie ignis sic pereant pec
catores a facie dei: ⁊ ego abscondar ĩ
abscondito faciei tue: ⁊ gaudebo cum
filiis tuis satiatus omnib⁹ bonis tuis.
Et tu deus pater orphanorũ: ⁊ tu ma
ter pupillorũ tuoꝝ. audi eiulatũ filio/
rũ tuoꝝ: ⁊ extende alas tuas: vt fugi
amus sub eis a facie inimici: turris for
titudinis israel: qui non dormitas ne/
que dormies custodiens israel: quia
nõ dormit neque dormitat hostis qui
impugnat israel. De miseria homi
nis ⁊ beneficiis dei. Capitulum. xiii.

Lux quã nõ videt alia lux: lu/
men qd non videt aliud lu/
mẽ: lux que obtenebras oẽz
lucez: ⁊ lumen qd excecas omne extra
neum lumen: lux a qua omnis lux: lu
men a quo omne lumen: lumẽ ad qd
omne lumen est tenebre: idest in eius
comparatione ad qd omnis lux ob/
scuritas: cui omnes tenebre lumẽ. cui
omnis obscuritas lumen. lux supre/
ma quã cecitas nõ obnubilat. quã cali
go nõ hebetat. quã tenebre non obscu
rant. quã nulla obstantia claudũt. quã
nunquam separat aliqua vmbra. lux
que illuminas omnia tota simul ⁊ se/
mel ⁊ semper. absorbe me in clarita/
tis abyssum vt videam vndique te in
te. ⁊ me in te. ⁊ cuncta sub te. Ne dere
linquas me: ne erescant vmbre igno/
rantie mee: ⁊ multiplicentur delicta
mea. Sine te eniz omnia sunt mihi te
nebre omnia mala: quia nihil bonum
sine te vero ⁊ solo ⁊ sũmo bono: Hoc
confiteor: hoc scio domine deus me⁹
quia vbicunque sum sine te: male est
mihi preter te. non soluz extra me: sed
etiaz in me: quia omnis copia que nõ
est deus meus: mihi est egestas. Sa/
tiabor tunc cuz apparuerit gloria tua
Ecce enim domine vita mea beata:
ad miseriam meam confiteor tibi: ex
quo a bonitate tua summum ⁊ vnum
bonum temporalium rerum multifor
mitas lapsum me per carnales sensus
disuerberauit: ⁊ ab vno in multa diui
sit: ⁊ facta est mihi abundantia labori
osa ⁊ egestas copiosa: duz aliud ⁊ ali/
ud sequebar: ⁊ a nullo implebar: duz
non te in me inueniebaz te incommu
tabilem: ⁊ singularẽ ⁊ indiuisũ vnum
bonum qd consecutus non erro: qd
consecutus non doleo: qd possidens
satiatur totuz desideriuz meuz. Heu
miseria mea ⁊ tamen domine mi mi/
sera anima mea te refugit: cum quo
semper gaudet ⁊ abundat: ⁊ sequitur

mundum cum quo semper eget ꝛ do/
let. Mũdus clamat: deficio. tu domi
ne clamas. reficio. ꝛ miseria mea pra
ua magis sequitur deficientem ꝙ̃ re
ficientem : plane infirmitas mea hec
est. Medice spirituu3 sana illa3 ani/
ma3: vt cõfitear tibi salus anime mee
toto corde meo super omnibus bene
ficiis tuis: quibus pascis me a iuuen/
tute mea ꝛ vsque in senecta3 ꝛ seniu3
te deprecor per teipsũ ne derelinquas
me: fecisti me cu3 non esse3: redemisti
me cu3 perisse3: periera3: mortuus fu
era3: ad mortuu3 descendisti: morte3
vicisti: mortalẽ suscepisti: ad seruũ rex
descendisti : vt seruum redimeres te
ipsũ tradidisti: vt ego viuere3: tu mor
te3 suscepisti: morte3 vicisti: me restau
rasti cu3 te hũiliasti: periera3: abierã
in peccatis venundatus era3: venisti
pro me vt redimeres me: ꝛ tantu3 me
dilexisti vt sanguine3 tuu3 in preciu3
dares pro me. Dilexisti me domine
plusꝙ̃ te: quia mori voluisti pro me: ta
li pacto ta3 charo precio reduxisti me
de exilio: redemisti me de seruitio: re
traxisti me ꝯ̃ supplicio. Uocasti me no
mine tuo: signasti me sanguine tuo: vt
memoriale tuũ semper esset apud me
ꝛ nunꝙ̃ recederet a corde meo : qui
pro me non recessit a cruce. Unxisti
me oleo tuo: quo tu vnctus fuisti : vt
a te christo dicerer christianus. Eya
ꝛ in manibus tuis descripsisti me : vt
semper sit memoria mea apud te : si
tamen memoria tua iugiter fuerit
apud me: Sic igitur gratia tua sem/
per ꝛ misericordia preuenerunt me
De multis nanque ꝛ magnis pericu/
lis sepe liberasti me liberator meus:
quando erraui ad via3 reduxisti me.
quando ignoraui docuisti me : quan/
do peccaui corripuisti me: quando fui
tristis consolatus es me: quando de/
speraui cõfortasti me : qñ cecidi erexi
sti me. qñ steti tenuisti me. qñ iui du
xisti me : quando veni suscepisti me.
quando dormiui custodisti me: quan/
do clamaui exaudisti me.

Qz de
us perpetua inspectione considerat
opera ꝛ intentiones hominũ. Ca. xiiii.

HEc eni3 ꝛ multa alia benefi/
cia fecisti mihi domine deus
meus vita anime mee: de qui
bus dulce esset mihi semper loqui: sẽ
per cogitare: semper tibi gratias age
re: vt possim te semper pro omnibus
bonis tuis laudare : ꝛ amare te toto
corde meo: ꝛ tota anima mea ꝛ tota
mente mea: ꝛ tota fortitudine mea si/
mul ex omnibus medullis ꝛ intimis
cordis mei: ꝛ omniu3 compagu3 mea
ru3: beata dulcedo domine deus me
us omniũ qui delectantur in te: Sed
ĩperfectu3 meu3 viderunt oculi tui:
oculi inꝙ̃ tui multo lucidiores super
sole3: ꝛ circunspicientes omnes vias
hominum ꝛ profundum abyssi : ꝛ in
omni loco contemplantur semper bo
nos ꝛ malos: Cum eni3 cunctis presi
deas singula ĩplens totus semper vbi
que presens: cunctorũque curã agẽs
que creasti: qui nihil odisti eorum que
fecisti: Sicque gressus meos semitas
que considerans: ꝛ die noctuque su/
per custodia3 mea3 vigilans :omnes
semitas meas diligenter notans spe/
culator perpetuus : veluti si totius
creature tue celi ꝛ terre oblitus tan/
tum me solum consideres: ꝛ nihil sit ti
bi cure de aliis. Neque eni3 tibi cre/
scit lux incõmutabilis visionis tue : si

tantuз vnuз aspicias: neque minuitur si innumera videas ⁊ diuersa. Quia sicut vnuз totuз simul perfecte considera: sic singula quelibet licet diuersa perfecte simul totaque totus cōspicit visus tuus. Sed sicut omnia sic vnuз: ⁊ sicut vnuз sic singula totuз simul sine diuisione vel cōmutatione vel diminutione consideras: Jtaque totus tu in toto tēpore: sine tēpore: totuз me simul sēperque consideras: ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur ego super custodiaз meaз stabo: sicut si omniuз oblitus sis ⁊ mihi soli intendere velis: Semper quippe te presentē exhibes: sēper te paratū offers: si me paratū inuenis: quocunqз iero tu me dn̄e non deseris: nisi prior ego te deserā: vbicūqз fuero nō recedis: quoniaз vbique es: ⁊ quocunque iero inueniam te per quem possim esse: ne peream sine te. cum sine te esse non possiз: Fateor quideз: quia quicquid facio ⁊ quecunque facio: ante te facio: ⁊ illud quicquid est quod facio melius tu vides qз ego qui facio. Quicquid enim semper operor tu pariter semper presens assistis: vtpote perpetuus inspector omniū cogitationuз intentionū. delectationū: ⁊ omnium operationum mearum. Domine ante te est semper omne desiderium meuз: ante te tota cogitatio mea. Tu domine vides vnde veniat spiritus vnde sit ⁊ quo vadat. quia tu es omnium spirituum ponderator: ⁊ vtruз radix sit dulcis aut amara de qua foris pulchra folia emittuntur tu vides interius me melius ipse nosti: ⁊ etiam medullas radicum subtilius perscrutaris. ⁊ non solum intentioneз sed radicis eius medullam intimam disertissima tue lucis veritate colligis. numeras intueris ⁊ consignas: vt reddas vnicuique non soluз modo secundum operam vel intentionem sed etiam secundum ipsam interioreз abscōditam medullam radicis: de qua procedit intentio operantis ad qd̄ tendo cum operor: quicquid cogito ⁊ in quocunque delector: tu vides: aures tue audiunt: oculi tui vident ⁊ considerāt signas attendis notas ⁊ scribis in libro tuo siue bonum fuerit siue maluз vt reddas postea pro bono premia ⁊ pro malo supplicia quando aperientur libri: ⁊ indicabuntur secunduз hec que fuerunt scripta in libris tuis: hoc est forte quod iam dixisti nobis. Considerabo nouissima eorum: ⁊ qd̄ de te domine dicitur: scilicet vniuersorum finem ipse considerat: quoniaз tu quidem in omnibus que agimus finem intentionis magis qз actum operationis attendis. Cumque hec diligenter considero domine deus meus terribilis ⁊ fortis timore pariter ⁊ ingenti rubore confundor: quoniam nobis magna ē indita necessitas recte viuendi: qui cuncta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Qd̄ homo per se nihil potest sine diuina gratia. Capitulum. xv.

Ortissime magnipotens deus spirituum vniuerse carnis cuius oculi sunt super omnes vias filiorum adam a die natiuitatis eorū vsque in diē exitus eorū: vt reddas vnicuique secundū opera eorū bona vel mala. Ostēde mihi vt confitear tibi paupertateз meaз quoniam dixi qz diues esseз ⁊ nullius egereз: ⁊ ne

sciebā quoniā pauper erā cecꝰ:nudꝰ.
miser:⁊ miserabilis. credebam enim
me fore aliquid cum nihil essem. Dixi
sapiens efficiar: ⁊ stultus factus suz.
Cogitabā esse continens sed deceptꝰ
suz:⁊ video nūc quia donū tuuz est:si
ne quo nihil possumꝰ facere:quia nisi
tu dn̄e custodieris ciuitatē frustra vi
gilat qui custodit eā. Sic docuisti me
vt cognoscerem me quia dereliquisti
me ⁊ probasti me:nō propter te:qꝛ nō
cognosceres me:sed pro me:vt cogno
scerē me. Nā vt dixi dn̄e credebā me
aliquid fore ex me:existimabā me suf
ficere pro me:nec percipiebā qm̄ tu re
gebas me. donec aliquātulū elōgasti
a me ⁊ cecidi stati ī me:⁊ vidi ⁊ cogno
ui quoniaz tu regebas me. ⁊ ꝙ cecidi
fuit ex me: ⁊ ꝙ surrexi fuit ex te.
Aperuisti mihi oculos lux ⁊ excitasti
⁊ illuminasti me:⁊ vidi quoniā tēpta-
tio est vita hominis super terram:⁊ ꝙ
glori ari non valeat ante te oīs caro:
nec iustificetur oīs viuens:quoniā si-
quid boni est:parui vel magni:donuz
tuū est:⁊ nostrū non nisi malū est. Un
de igitur gloriabit̄ oīs caro? Nūqd de
malo? Hec nō ē gloria sꝫ miſia. sꝫ nū-
qd gloriabit̄ de bono? nūqd ꝺ alieno?
Tuū dn̄e ē bonū:tua est gloria. Qui
enī de bono tuo gloriā sibi querit:⁊ n̄
tibi querit:hic fur est ⁊ latro:⁊ similis
est diabolo:qui voluit furari gloriaz
tuā. Qui enī laudari vult de tuo bono
⁊ nō querit ī illo gloriā tuā. sed suā hic
licet propter tuuz donuz laudetur ab
hominibꝰ:a te tamē vituperabit̄:quia
de dono tuo non tuaz sed suaz gloriaz
quesiuit: Qui autē ab hominibus lau
datur vituperante te: non defende-
tur ab hominibus iudicante te:nec li-
berabitur condemnante te. At tu do
mine formator meus ex vtero matris
mee non me sinas cadere in illā ex-
probrationez vt exprobretur mihi fu
rari voluisse gloriaz tuaz. Tibi eni sit
gloria cuius est oē bonuz:nobis autē
confusio faciei ⁊ miseria: quorum est
oē malū:nisi tu volueris misereri. Mi
sereris qppe domine:misereris oiuz
que fecisti:⁊ nihil odisti eoruz q̄ fecisti:
⁊ das nobis de bonis tuis:⁊ ditas nos
dn̄e inopes optimis donis tuis. Quātuz
diligis pauperes. diuites facis eos di
uitiis tuis. Ecce nunc domine paupe
res nos filii tui sumus ⁊ pusillus grex
tuus aperi nobis ianuas tuas. Et
edēt pauperes ⁊ saturabuntur ⁊ lau-
dabūt te qui requirūt te. Scio etiaz
dn̄e ⁊ cōfiteor dicēte te:quoniā illi so-
li qui cognoscūt se pauperes. ⁊ confi-
tentur tibi paupertatez suaz ditabun
tur a te :quoniam qui se diuites existi
mant cū sint pauperes:a tuis diuitiis
inuenient̄ exclusi Et ego igitur confi
teor tibi domine deus meus pauper
tatez meā:⁊ sit tibi gloria tota:quoniā
tuū est oē bonū. per me eni dn̄e cōfite
or vt docuisti me : nihil aliud sum q̄
vniuersa vanitas:⁊ vmbra mortis:⁊
abyssus quedaz tenebrosa:⁊ terra ina
nis ⁊ vacua:que sine tua benedictio
ne nil germinat. fructū quoque nō fa
cit nisi cōfusionē peccatū:⁊ mortē. Si
quid boni vnq̄ habui a te recepi:quic
quid boni habeo tuū ē vel a te habeo
si quādo steti ꝑ te steti. sꝫ quādo cecidi
ꝑ me cecidi. ⁊ semper in luto iacuissē
nisi tu me erexisses. semper cecus fuis
sem nisi tu me illuminasses. Quando
cecidi nunq̄ surrexissem nisi tu mihi
manū porrexisses:postq̄ me erexisti sē
ꝑ cecidissē nisi tu me sustinuisses. Se
piꝰ perissez nisi me gubernasses. Sic
semꝑ dn̄e:sic sēper gratia tua ⁊ mise
ricordia tua preuenit me: liberās me

ab oībus malis: saluans a preteritis suscitans a presentibus: ꝛ amouens a futuris: precidēs etiā ante me laqueos peccatoꝝ: tollēs occasiones ꝛ causas: quia nisi tu hoc mihi fecisses ego oīa peccata de mūdo fecissem: quoniā scio dn̄e ꝙ nullū peccatum est quod vnq̄ȝ fecerit homo quod alter homo nō possit facere: si creatoꝛ desit a quo factus est homo. Sed ꝙ non facerem tu fecisti: ꝙ abstinerem tu iussisti ꝛ ꝙ tibi crederem gratiā tu infudisti Tu nāq̄ȝ dn̄e regebas me tibi: seruabas me tibi ꝛ mihi: vt adulterium ꝛ omne aliud peccatū non cōmitterem.

De diabolo ꝛ multiplicibus tēptationibus eius. Capitulū. xvi.

Temptatoꝛ defuit ꝛ vt deesset tu fecisti: locꝰ ꝛ tēpus defuit ꝛ vt hec deessēt tu fecisti assuit tēptatoꝛ nō defuit locus: non defuit tēpus: sed vt nō ꝯsentirē tu me tenuisti. Uenit tēptatoꝛ tenebrosus vt est: ꝛ vt eū despicerē tu me cōfortasti. Uenit tēptatoꝛ armatus ꝛ fortis ꝛ vt me nō vinceret: tu eū refrenasti ꝛ me roboꝛasti. Uenit tēptatoꝛ trāsfiguratus ī angelū lucis: ꝛ vt me nō deciperet tu eū īcrepasti: ꝛ vt eū cognoscerē tu me illuminasti. Ipse enim est draco ille magnus ꝛ ruffus: serpens antiquus: vocatus diabolus ꝛ sathanas: habens capita septē ꝛ coꝛnua decem: quē creasti ad illudēdū huic mari magno ꝛ spacioso in quo reptant aīalia quoꝛū non est numerus et aīalia pusilla et magna: idest diuersa demonioꝛum genera: qui nihil aliud die noctuq̄ȝ operāt̄ur nisi quia circueunt querentes quem deuoꝛent: nisi tu eripias Ipse enim est antiquus ille draco qui oꝛtus est in paradiso voluptatis: qui cauda sua trahit tertiā partē stellarū celi ꝛ eas mittit in terrā: qui veneno suo coꝛrūpit aquas terre: vt bibētes hoīes moꝛiāt̄ur: ꝛ qui sternit sibi aurū quasi lutū ꝛ habet fiduciam ꝙ influat iordanis in os suū: qui factus est vt nullū timeat. Et qs defendet a moꝛsibus eius: quis euadet ab oꝛe eius: nisi tu dn̄e q ꝯfregisti capita dracōis magni adiuues nos? Pretēde dn̄e super nos alas tuas vt fugiamus sub eis a facie draconis huius qui nos ꝑsequitur: ꝛ scuto tuo libera nos a coꝛnibus eius. Hoc enim est cōtinuū studiū eius: hoc vnicū desideriū suū: vt aīas quas creasti deuoꝛet. ꝛ ideo d̄s meus ad te clamamus: libera nos ab aduersario nostro quotidiano: qui siue doꝛmiamus siue vigilemus siue comedamus siue bibamus quodcūq̄ȝ opus operemur omnibus modis īstat die ac nocte fraudibus ꝛ artibus nūc palā: nūc occulte: sagittas venenatas ꝯtra nos dirigens: vt interficiat aīas nostras: ꝛ tamen dn̄e pessima insania nostra quia cū ꝯtinue videamus contra nos dracōnē oꝛe aperto paratū ad deuoꝛādū: nihilominꝰ doꝛmimꝰ ꝛ lasciuimus ī pigriciis nostris tanquā securi ante eū qui nihil aliud desiderat q̄ȝ vt nos perdat. Inimicus vt occidat semper vigilat sine somno: ꝛ nos vt custodiamus nos nolumus euigilari a somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos ꝛ omnes vias nostras variis repleuit decipulis ad capiendas aīas nostras ꝛ quis effugiet? Laqueos posuit ī diuitiis: laqueos posuit in paupertate; laqueos tetendit in cibo: in potu: in voluptate: in somno: ꝛ ī vigilia. laqueos posuit in verbo ꝛ in opere: ꝛ ī omni via nostra. Sed tu dn̄e libera nos de laqueo venantium ꝛ a uerbo aspero

vt ꝯfiteamur tibi dicētes. Benedictꝰ
dñs qui non dedit nos in captionem
dentibus eoꝝ. aīa nostra sicut passer
erepta est de laqueo venantiū. laque
us cōtritus est et nos liberati sumus

Qꝫ deus est lux iustoꝝ. Ca. xvii.

Et tu quidē dñe lux mea illu
mina oculos meos vt videā
lumē: ⁊ ambulem in lumine
tuo ⁊ nō ipingar i laqueos eiꝰ. Quis
eniz euadet laqueos istos multos ni/
si videat eos? ⁊ quis videbit eos nisi
quē illuminaueris lumine tuo? Ipse
eniz pater tenebraꝝ laqueos suos ab
scōdit i tenebris suis: vt capiantur in
eis oēs qui sunt in tenebris suis: qui
sunt filii tenebraꝝ haꝝ: non videntes
lumen tuū: i quo qui ambulat non ti/
mebit: qui enim ambulat i die nō offē
dit: qui aūt i nocte ambulat offendit:
quia lux nō ē i eo. Tu lux dñe: tu lux
filioꝝ lucis: tu dies qui nescis occasū
in qua ambulāt filii tui sine offensio/
ne ⁊ sine qua oēs qui ambulant in te
nebris sunt: quia te lucē mūdi nō ha/
bēt. Ecce quotidie cernimus qꝛ quo
magis a te vero lumine quis elōgat̄
eo magis peccatoꝝ inuoluitur tene/
bris: ⁊ quo magis i tenebris eo minꝰ
videt laqueos i via sua: ⁊ ideo minus
cognoscit: ⁊ idcirco sepius capitur et
cadit i eis. ⁊ qḋ est horribilius etiā se
cecidisse ignorat: qui vero suū casuz
gnorat eo minus curat surgere: quā/
do magis se existimat adhuc stare: iō
citius cadit. Tu vero lux mētis dñe
deꝰ meus. nūc illumina oculos meos
vt videā ⁊ cognoscā: ne corruā i ꝯspe
ctu aduersarioꝝ meoꝝ. hec eni i odiū
nostrū laborat inimicus noster: quez
petimꝰ vt facias liquefieri a facie no/
stra: sicut cera liquescit a facie ignis:
quoniā ipse est latro primus ⁊ vltimꝰ
qui cōsiliū fecit vt raperet gloriā tuā:
qñ iflatus ⁊ elatꝰ crepuit ⁊ cecidit i fo
ueā suā. ⁊ eiecisti eū de mōte scō tuo:
⁊ de medio lapidū ignitoꝝ: i quorum
medio ambulauit: ⁊ nūc vita mea de/
us meꝰ ex quo cecidit non cessat per/
seq filios tuos. ⁊ in odiū tuū o rex ma
gne: cupit perdere hāc craturā tuam
quā creauit oīpotens bonitas tua ad
imaginē tuā: vt possideat gloriā tuaz
quā ipse perdidit per superbiam suā.
Sed ꝯtere eū fortis noster ante nos
agnos tuos: ⁊ illumina nos vt videa
mꝰ laqueos quos ipse parauit: ⁊ eua/
damꝰ ad leticiā israel. Et hec oīa tu
dñe melius nosti: qui nosti cōtētionē
eius ⁊ ceruicē eius durissimam. Nec
hoc dico vt ostendā tibi: quia oīa vi/
des ⁊ nulla te latet cogitatio: sed ante
pedes tue maiestatis de inimico meo
querimoniā facio. Iudex eterne: vt
ipsuz dānes: ⁊ nos filios tuos salues:
quoruz fortitudo tu es. Uersutus est
eniz dñe iste hostis ⁊ tortuosus nec fa
cile deprehēdi possunt circuitus vie
eius: nec cognosci species vultus eiꝰ
nisi tu illumines. Naz nunc hic: nunc
illic: nūc agnū: nūc lupuz: nunc tene/
bras: nunc lucē se ostendit: ⁊ singulis
quibuslibet qualitatibus ⁊ locis ⁊ tē/
poribus: secundū varias reꝝ mutatio
nes: varias exhibet tēptationes: Nā
vt tristes decipiat tristatur ⁊ ipse: vt
gaudentes illudat fingit se ⁊ ipse gau
dere: vt spirituales defraudet i ange
lū lucis se trāsfigurat: vt fortes cōpri/
mat apparet agnus: vt mites deuo/
ret apparet lupus: hec quidez omnia
secundū variaꝝ tēptationuz genera
effici habent sicut alios a timore no/
cturno: alios a sagitta volante i die:
alios a negocio perambulante in te/
nebris: alios vero ab incursu: alios a

demonio meridiano. Et ad hec qs idoneus vt cognoscat: quis reuelauit speciē indumēti eius: ⁊ gyrū dentiū eius quis agnouit. En abscōdit sagittas suas in pharetra: ⁊ laqueos etiā abscōdit sub specie lucis: ⁊ hoc difficilius perpēditur: nisi a te domine spes nostra lumen assumamus vt videamus. Nam non solum in carnis operibus que de facili cognoscuntur nec tantum in ipsis vitiis: sed in ipsis spiritualibus exercitiis quoq3 laqueos oñdit subtiles: ⁊ sub virtutū colore ipsa vitia iduit: ⁊ trāsmutat se ī angelū lucis. Hec ⁊ multa alia nititur cōtra nos filius belial ille sathan. dñe deus noster: ⁊ nūc vt leo: nūc vt draco: manifeste ⁊ occulte: intus ⁊ extra die ac nocte īsidiatur: vt rapiat aīas nostras ⁊ tu eripe nos dñe qui saluas sperantes in te: vt ipse de nobis doleat: ⁊ tu lauderis ī nobis dñe ds noster

Itē de beneficiis dei. Ca. xviii.

Go autem filius ancille tue que me recōmēdauit manui tue: iā iā his meis paupercu lis ↄfessionibus ↄfitear tibi liberator me⁹: toto corde meo: ⁊ recolā ad mētē meā bona que fecisti mihi a iuuētute mea: ī omni vita mea. Scio nāq3 q͠ ingratitudo multū tibi displiceat: q2 est radix totius mali spiritualis: ⁊ vētus quidā desiccans ⁊ vrens omne bonū: obstruēs fontē diuine miseri cordie super hoiē: qua ⁊ mala mortua iā oriūtur ⁊ viua iā opa moriūtur ⁊ vltra nō adipiscūtur. Et ego dñe gratias tibi agā ne sim īgratus tibi liberator meus. quoniā liberasti me. Quotiēs me iā absorbuerat ille draco ⁊ tu dñe ab ore eius extraxisti me. Quotiēs ego peccaui ipse parat⁹ fuit deglutire me: sed tu dñe ds meus defēdisti me: cū ↄtra te inique agebā cum tua mandata frangebā: stabat ipse paratus vt me raperet ad infernum: sed tu prohibebas. Ego te offendebam ⁊ tu me defendebas: Ego te non timebam ⁊ tu me custodiebas: A te recedebā ⁊ inimico meo me exhibebam: tu ipsum ne me acciperet deterrebas. hec mihi tu dñe deus meus beneficia ↄferebas: ⁊ ego miser non cognoscebam. Sic enim me multotiens a faucibus diaboli liberasti: de ore leonis eripuisti: ⁊ ab inferno licet me nesciētē multis vicibus reduxisti Descendi enim vsq3 ad portas inferni ⁊ ne illuc ītrarē tu me tenuisti: appropinquabam vsq3 ad portas mortis: ⁊ ne me ipse caperent tu fecisti. De morte etiam corporis sepius eripuisti me saluator meus: cum graues morbi tenerent me. cum enim fui in periculis multis per mare: per terras: ab igne ⁊ gladio: ⁊ ab omni periculo liberans: semper mihi astās ⁊ misericorditer saluans. Sciebas tu quidem dñe quia si tunc mors me occupasset īfern⁹ animam meā suscepisset: ⁊ perpetuo dānatus fuissem: sed tua misericordia ⁊ tua gratia preuenerunt me: eripiens me de morte corporis: ⁊ de morte anime domine deus meus. hec ⁊ multa mihi tua alia beneficia exhibuisti: et ego erā cecus ⁊ non cognoui, donec illuminasti me. Nunc igitur lux anime mee. domine de⁹ meus. vita mea et lumen oculorū meorū. per quod video. en illuminasti me et cognosco te. q2 viuo p te ⁊ gratias ago tibi licet villes ⁊ exiles ⁊ īpares bñficiis tuis. quales habet mea fragilitas offero. Quoniam tu es solus deus.

meus: creator meus benignus: qui
amas nostras animas: et nihil odisti
eorum que fecisti. En ego primus
iter peccatores quos saluasti: vt exē
plū aliis tribuā benignissime pietatis
tue. Confitear tibi beneficia tua ma/
gna: quoniā eripuisti me de iferno se
mel: secūdo: ⁊ tertio: ⁊ centies ⁊ mili/
es: ⁊ ego semper ad ifernū tēdebā ⁊
tu me semper reducebas: ⁊ cum iuste
millies dānasses me si voluisses nolu
isti: qꝫ amas aīas: ⁊ dissimulas pecca
ta hoīuz propter penitētiā dñe deus
meus: multe misericordie ī omnibus
viis tuis. Nunc ergo video hoc dñe
deus meus: ⁊ cognosco per lumē tuū
⁊ defecit aīa mea ī misericordia ma/
gna super me: quoniaz eripuisti aīaz
meā ex inferno inferiori: ⁊ me ad vi/
tā reduxisti. Totus eniz erā in morte
totū me resuscitasti: ⁊ tuū igitur sit id
totū quod viuo: ⁊ totus totū me tibi
offero. totus spiritus. totū cor: totum
corpus: tota vita mea viuat tibi vita
mea dulcis. quoniā totū me liberasti
vt totū me possideres. totū me refeci
sti vt totū me rehaberes. Diligā te igi
tur dñe virtus mea. diligā te ineffabi
lis exultatio mea. ⁊ viuatiā non mihi
sed tibi tota vita mea q̄ perierat ī mise
ria mea. que resuscitata est tua mise/
ricordia. qui es deus misericors ⁊ mi
serator ⁊ multe misericordie. his qui
diligunt nomē tuū. Idcirco dñe deꝰ
meꝰ sanctificator meꝰ: iussisti mihi le
ge tua vt diligā te toto corde meo: to
ta aīa mea: tota mente mea: tota for/
titudine mea: ⁊ ex omnibus viribus
meis: ⁊ etiā ex intimis medullis cor/
dis mei: omnibus horis ⁊ momentis:
quibus fruor bonis misericordie tue:
quoniā semper perirē nisi qꝫ semp re
gis me: semp. n. morerer nisi qꝫ semp
me viuificas: ⁊ omni momēto me obli
gas dū omni momento mihi tua ma/
gna beneficia p̄stas. Sicut ergo nul/
la hora est vel punctus in omni vita
mea: qua tuo beneficio non vtar: sic
nullū debet esse momētū quo te non
habeā ante oculos in mea memoria:
nō diligā te ex omni fortitudine mea.
sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi
cuiꝰ est omne donū perfectū: ⁊ omne
datū optimū descēdēs a patre lumi/
nū: apud quē non est trāsmutatio nec
vicissitudinis obūbratio. Nō est eniz
volētis neqꝫ currētis: sed tui miserē/
tis vt diligamus te. Tuū est dñe hoc
donū cuius est omne bonū. Iube te
diligi: da qđ iubes ⁊ iube qđ vis. De
feruore dilectōis vł caritatis. C. xix

Amo te deus meus: magisqꝫ
semper amare cupio: qꝫ tu es
reuera omni melle dulcior
omni lacte nutribilior: ⁊ omni luce cla
rior. Idcirco super omne aurū ⁊ argē
tū ⁊ lapidē preciosuz es mihi charior.
displicebat eniz mihi quicquid agebā
ī seculo: pre dulcedine tua et decore
domus tue quā dilexi. O ignis qui
semper ardes ⁊ nunqꝫ extingueris: o
amor qui semper ferues: ⁊ nūquā te/
pescis: accēde me. Accendar iqꝫ totꝰ
vt totus diligam te: Minus enim te
amat: qui tecum aliquid amat: quod
non propter te amat. Diligam te dñe
quoniam tu prior dilexisti me: ⁊ vnde
mihi verbum vt explicem signa dile/
ctionis tue: maxime erga me ꝓpter
innumera beneficia tua quibus a pri
cipio educasti me. Post beneficium
nempe creationis: quando a princi/
pio de nihilo ad imaginem tuaz crea
sti me: honorificās et exaltās me īter
eas creaturas q̄s fecisti: ⁊ nobilitās lu/
mine vultꝰ tui: qđ signasti sup lumina/

re cordis mei quo ab isensibilibus pariter et sensibilibus brutis discreuisti me. et paulominus ab angelis minuisti. Par et hoc fuit ante ospectu diuinitatis tue: quonia quotidianis et singularibus maximisque donariis tuorum beneficiorum me sine itermissione nutrires: et quasi filiu paruulu tuu tenellu: vberibus tue osolatois lactasti et cofortasti me: Ut enim tibi totus seruire omnia quecunque fecisti i meu seruitiu tradidisti. Quod deus subiiciat omnia seruituti hominum. Cap. xx.

Omnia sub pedibus hoium subiecisti: vt solus homo totus tibi subiicereris: et vt tuus totus homo esset, sup oia opa tua dominatus est homo. Exteriora nempe pro corpore cucta creasti: ipsum vero corpus pro anima: anima vero pro te: vt tibi soli vacaret: et te solu amaret: possidens te ad solatiu: inferiora vero ad seruitiu. Quicquid enim celi ambitu continetur inferius ab anima humana est que facta est vt summu bonu superius possideret. cuius possessione beata fieret: cui si adheserit cuctorum mutabiliu inferiorum necessitudines supergrediens: illius summe maiestatis cuius emulatur speciem: eternitate imortalitatis eius gaudebit: tuc vero illis bonis optimis fruetur in domo dni: quorum coparatione cuncta hec que hic cernimus velut nihilu coputatur: illa que no oculus vidit: no auris audiuit: nec i cor hois ascederut: que pparauit deus diligentibus se: et hec quide dne daturus es anime: his etia quotidie letificas animas seruorum tuorum: qui amas animas. Quid miror hec dne deus meus. imagine quippe tua honorificas et similitudine tua ad qua create sunt. Na et corpori nostro licet adhuc corruptibili et ignobili: vt videret: dedisti celi claritate per manu ministrorum tuorum indefessorum solis et lune: qui precepto tuo iugiter die ac nocte deseruiunt filiis tuis: vt spiraret largius es aeris puritate. vt audiret sonoru varietates: odoraret odoru suauitates: vt gustaret saporum qualitates: vt cotrectaret odisti corpulentiu oium grossitates: Adiuuamenta suis necessitatibus dedisti iumenta: volucres quoque celi et pisces maris: et fructus terre: ad reficiendu ipendisti. Medicinas de terra propter singulas quasque suas corruptelas creasti: singula solatia singulis malis obuiantia pparasti: quoniam es misericors et miserator et nouisti figmentu nostru: figulus noster et nos oes quasi lutu i manu tua. Quod ex consideratione bonorum temporalium colligitur magnitudo celestis consilii. Cap. xxi.

In aperiatur mihi misericordia tua magna lumine tuo. Illustra queso magis adhuc vt mihi magis aperiatur. na ex his minimis tua magna. et ex his visibilibus tua inuisibilia oprehendimus dne deus sancte et bone creator noster. Si eni dne pro hoc corpore ignobili et corruptibili ta magna et inumera bnficia prestas: a celo: ab aere: a terra et a mari: a luce et tenebris: a calore et vmbra rore et imbre: vetis et pluuiis: volucribus et piscibus: bestiis et arboribus: et multiplicitate herbarum germinu terre et cunctarum creaturaru tuaru ministerio nobis successiue per sua tempora ministrantium: vt eleues fastidium. qualia queso et quam magna et innumerabilia erunt. illa bona que preparasti diligentibus te: in illa celesti patria: vbi te videbimus facie ad facie? Si tanta facis nobis in carcere: quid

ages in palatio? Magna ꝛ inumera
bilia sunt opera tua dñe rex seculoꝝ.
Cum.n.sint hec oīa valde bona ꝛ de/
lectabilia:que bonis pariter malisqꝫ
cōmunia tradidisti:qualia futura sūt
illa que solis bonis recōdisti? Si tam
īnumera ꝛ varia dona tua:que nunc
amicis pariter tribuis ꝛ inimicis: ꝙ̄
magna ꝛ innumerabilia: ꝙ̄ dulcia ꝛ
ꝙ̄ delectabilia:que solis tuis es lar/
giturus amicis? Si tāta solatia ī hac
die lacrimaꝝ:quāta ꝯferes in die nu
ptiaꝝ? Si tāta delectabilia ꝯtinet car
cer:quāta queso ꝯtinet patria? Ocu
lus nō vidit:nec auris audiuit:q̄ pre/
parasti diligētibus te. Secūdū enim
magnā multitudinem magnificentie
tue:est etiā multitudo magna dulce/
dinis tue quā abscōdisti timētibus te
Magnus enim tu es dñe de⁹ meus
ꝛ imēsus:nec est finis magnitudinis
tue:nec est numerus sapiētie tue:nec
est mēsura benignitatis tue:nec est fi
nis seu numerus:necꝫ mēsura retri/
butiōis tue:sed sicut magnus es tu:ꝛ
magna sunt donaria tua:quoniā tu
ipse premiū ꝛ donū oīuz legitimorū
tuoꝝ pugnatoꝝ. Q diuia dulcedo
oēz ꝑsētē amaritudinē tollit. Ca.xxii

HEc sūt beneficia magna tua
dñe ds: scificatoꝛ scōꝝ tuoꝝ
qb⁹ repletur⁹ es īopiā esuri/
entiū filioꝝ tuoꝝ:quoniaz tu es spes
desperatorum ꝛ consolatio desolato
rum: tu corona spei que ornata est
gloria preparata vincentibus. Tu/
famelicorum satietas eterna danda
esurientibus. Tu consolatio sempi/
terna qui solis illis te tribuis:qui cō
solationē huius mundi pro tua conso
latione contemnūt. Naz qui hic con
solantur indigni tua cōsolatione ha
bentur sed qui hic cruciātur a te con
solantur. ꝛ qui participāt passionib⁹
participant ꝛ cōsolationibus. Nemo
enim potest ī vtroqꝫ seculo cōsolari:
nec potest quis hic ꝛ ī futuro gaude/
re:sed vnū necesse est vt perdat: qui
alteꝝ voluerit possidere. Hec vbi cō
sidero dñe cōsolatoꝛ meus. renuo in/
quā:renuo cōsolari animā meā: vt di
gna habeatur tuis cōsolatōibus eter
nis:quia iustū est vt amittat te:cū ali
quo alio magis cōsolari eligit ꝙ̄ in te
Et obsecro summa veritas te per te:
vt nō permittas me ī aliqꝫ aliā cōsola
tionē vanā cōsolari ꝙ̄ ī te:sed peto vt
omnia mihi amarescant: vt tu solus
dulcis appareas anime mee:qui es
dulcedo inextimabilis per quā cūcta
amara dulcoꝛātur. Tua enim dulce/
do stephano lapides torrētis dulcora
uit:tua dulcedo craticulā beato lau/
rētio dulcem fecit. pro tua dulcedine
ibāt apostoli gaudētes a cōspectu cō
cilii:quoniā digni habiti sunt pro no/
mine tuo cōtumeliā pati. Ibat andre
as securus ad crucē ꝛ gaudens quo/
niā ad tuā dulcedinem properabat.
Hec.n.tua dulcedo ipsos apostolorū
principes sic repleuit: vt pro ipsa cru
cis patibulū vnus eligeret:alter quo
qꝫ caput feriēti gladio supponere nō
timeret:pro hac emēda bartolomeus
propriā pellē dedit:pro hac quoqꝫ gu
stāda veneni poculū ītrepidus ioan/
nes potauit. Hāc vero petrus omni/
um inferioꝝ oblitus clamauit: quasi
ebrius dicens: dñe bonuz est nos hic
esse faciamus hic tria tabernacula:
tibi vnū:ꝛ cetera:hic moriemur te cō
templemur quia nullo alio indigem⁹
sufficit nobis domine videre te:suffi/
cit inquit tanta dulcedine satiari: vnā
enim stillam dulcedinis ille gustauit
ꝛ omnem aliā fastidiuit dulcedinem.

Quid putas dixisset si magnā illā mľtitudinē dulcedinis diuinitatis tue gustasset quā abscōdisti diligētib⁹ te? Hāc tuā dulcedinē ieffabilē ⁊ illa gustauerat virgo de qua egimus ꝙ letissima ⁊ gloriāter ibat ad carcerē. et quasi ad epulas iuitata. Hāc vt reor ⁊ ipse gustauerat qui dicebat. Ꝙ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscōdisti timētib⁹ te: quiꝗ monebat: gustate ⁊ videte quoniā suauis est dn̄s. hec est eniꝫ illa beatitudo dn̄e deus noster quam expectamus datuꝝ te nobis: pro qua tibi dn̄e cōtinue militamus: pro qua mortificamur tota die vt in tua vita viuamus

Ꝙ tota spes ⁊ d̄siderium cordis nr̄i debet esse in deum. Cap. xxiii.

Ua aūt expectatio israel dn̄e desiderium ad quod suspirat cor nostrum quotidie: festina ne tardaueris. Surge ꝑpera ⁊ veni: vt educas nos d̄ isto carcere ad ɔfitēdū nomini tuo: vt gloriemur i lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lacrimarū pupilloꝝ tuoꝝ qui clamant ad te. pater noster: da nobis hodie panē nostrū quotidianū: i cuius fortitudine ambulemus die ac nocte vsque quo perueniamus ad mōtē sanctum tuū oreb. Et ego paruulus iter paruulos familie tue deus pater ⁊ virt⁹ mea: quādo veniam ⁊ apparebo ante faciē tuā: vt qui nūc tibi ɔfiteor ad tēpus: ex tūc cōfitear i eternuꝫ: beatus ero si fuero ad videndum claritatem tam. Quis mihi hoc tribuat vt ad hoc venire permittas me? Scio domine scio et cōfiteor me idignū vt itreꝫ sub tectū tuū: sed fac ꝑpter honorē tuū. ⁊ ne ɔfūdas i te sperātē seruū tuū. Et qs itrabit i sanctuariū tuuꝫ ad ɔsiderādas potentias tuas nisi tu apias? qs āt apiet si tu clauseris? Si .n. destruxeris: nemo est qui edificet ⁊ si incluseris hominē: nemo est q aperiat: si continueris aquas omnia sicca būtur. Et si emiseris eas subuertent terras Si omnia que fecisti ad nihilū redigis: quis ɔtradicet tibi? porro sempiterna bonitas misericordie tue qua voluisti ⁊ fecisti oīa q̄cūqꝫ voluisti tu nos fecisti fabricator mūdi rege nos tu nos creasti. ne spnas nos: q2 opera tua sumus. Et quidē dn̄e deus noster nos lutum ⁊ vermiculi: nō valemus in tuas eternitates itrare: nisi tu iduxeris qui de nihilo cuncta creasti.

Ꝙ laus nostra ex deo ē. Ca. xxiiii.

Eo autē opus manuū tuaꝝ ɔfiteor tibi i timore tuo: quia nō i arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus nō saluabit me: sed dextera tua ⁊ brachiuꝫ tuum ⁊ illuminatio vultus tui: alioquin desperarē quoniam spes mea tu es: qui creasti me: quoniam non derelinquis sperantes in te. Tu quippe es d̄s noster suauis ⁊ verus: patiens ⁊ in misericordia disponens. Nam si peccauimus tui sumus: si non peccauerimus tui sumus: quoniam apud te sumus computati. nos enim foliuꝫ vniuersi. ⁊ vanitas est omnis homo viuēs. ⁊ vētus est vita nostra super terram. ne irascaris si cadimus pupilli tui. quoniam tu nosti figmentum nostrum domine deus noster. Num deus inextimabilis fortitudinis. contra foliuꝫ quod a vento rapitur ostendere vis potentiam tuam et stipulam siccam persequeris? Num damnabis rex israle eterne canem vnum? Num damnabis pulicem vnum? Audiuim⁹ de misericordia tua dn̄e quoniā tu mortem nō facis nec letaris in perditione

moriētiū: ꝓpter hoc oramus te: ne p/
mittas dānari qd̄ nō fecisti huic crea/
ture tue quā fecisti. Si.n. doles d̄ pdi
tione. qd te ꝓhibet dn̄e: q oīa potes:
ne sēp leteris de nostra saluatiōe: si
vis potes me saluare: ego āt ꝛ si vellē
nō possē nisi tu velis: tā magna est mł
titudo miseriaꝝ meaꝝ mecuꝫ. Uelle
ꝗppe mihi adiacet: pficere aūt nō iue
nio. Uelle aūt ꝙ bonū ē nō possū nisi
tu velis: nec qd̄ volo possū nisi tua po
tētia me ꝯfortet: ꝛ ꝙ possū aliquādo
nolo: nisi tua volūtas fiat: sicut i celo
ꝛ i terra: ꝛ qd̄ volo ꝛ possū ignoro: nisi
tua sapiētia me illustret: ꝛ si etiā sciā
qn̄qꝫ volēs quandoqꝫ valēs ipfecta
ꝛ vacua transit sapiētia mea: nisi ad/
iuuet a vera sapiētia tua. In tua aūt
volūtate cūcta sūt posita: ꝛ nō ē q pos
sit resistere volūtati tue dn̄e: vniuer
soꝝ pricipatū tenēs oīs carnis: ꝛ q̄cū
qꝫ vis facis i celo ꝛ i terra: i mari ꝛ in
oīb⁹ abyssis. In nobis igiť fiat volū/
tas tua: sup quibus iuocatū est nomē
tuū ne pereat hoc nobile plasma tuū
qd̄ creasti ꝓpter honorē tuū: ꝛ qs est
homo natus de muliere q viuat ꝛ nō
videat mortē: ꝛ eripiat aīaꝫ suam de
manu iferi. nisi tu solus eripias: vita
vitalis oīs vite: p quē omnia viuunt.

Qꝫ volūtas humana inefficax sit
ad bona opa sine diuina grā. Ca. xxv

[E]T eniꝫ iā tibi ꝯfessus sū laus
vite mee dn̄e deus me⁹: vir
tus salutis mee. Sperabam
aliquādo i virtute mea: que tamē nō
erat virtus. Et cuꝫ sic volui currere:
vbi magis stare credebaꝫ: ibi magis
recidi: factusqꝫ sum magis retro ꝛ nō
ante: ꝛ qd̄ credebā ꝯseq lōgius elōga
uit a me: sic p multa similia vires me/
as pbās: cognosco nūc qꝛ illuminasti
me: quoniā ꝙ magis posse credidi p
me: minus semper ibi potui. Dicebā
.n. hoc faciā: illud pficiaꝫ: nec hoc nec
illud faciebā. Aderat volūtas ñ erat
facultas: aderat facultas non aderat
voluntas: quoniam de meis viribus
confidebam. Nunc autem confiteor
tibi domine deus pater celi ꝛ terre:
quia nō i fortitudine sua roborabitur
vir: vt gloriet̄ ante te stulta p̄sumptio
oīs carnis: nec est .n. hoīs velle quod
possit: aut posse qd̄ velit: vel scire qd̄
velit ꝛ possit: sed potius a te gressus
hoīs diriguntur: illoꝝ q nō a se sed a te
dirigi se cōfitētur. Obsecram⁹ itaqꝫ
p viscera mīsicordie tue velis dn̄e sal
uare qd̄ creasti: qm̄ si vis potes nos
saluare: ꝛ i tua volūtate virt⁹ est nr̄e
salutis.

De ātiqs bn̄ficiis. Ca. xxvi.

[R]Ecordare mīsicordie tue an
tique qua nos a pricipio i bn̄
dictōib⁹ tue dulcedinis p̄ue
nisti: ante q̄ꝫ enim nascerer ego filius
ancille tue: dn̄e spes mea ab vberib⁹
matris mee: tu me p̄uenisti preparās
mihi semitas quibus icederē: ꝛ veni/
rē ad gloriaꝫ domus tue: priusq̄ꝫ me
formares in vtero nouisti me: ꝛ ante
q̄ꝫ exireꝫ de vulua quicquid tibi pla/
cuit p̄ordinasti de me: Que ꝛ qualis
sunt i libro tuo descripta de me: i se/
creto consistorii tui: ego quidem igno
ro: vnde ꝛ valde timeo. Tu vero no
sti quoniam quod ego per successus
dieꝝ ꝛ tempoꝝ hinc ad mille annos
huius tēporalitatis expecto: in ꝯspe/
ctu eternitatis tue iam factū est: ꝛ qd̄
futurum est iam factum est. Ego au
tem stans in hac nocte tenebrosa hec
ignorans: timor ꝛ tremor venerūt su
per me: dum video mihi vndiqꝫ im/
minere multa pericula: a multis quo
qꝫ hostibus venari: multitudineqꝫ in
numerarum miseriarum in hac vita

me circundari nisi in his tantis malis affoꝛet mihi tuum adminiculū despe rarez. Sed spes mihi magna subest de te mitissime princeps deus meus ꝛ consideratio multitudinis miserati onuz tuarū que apud te sūt: sublevat mentez meaz ꝛ precedētia signa mise ricoꝛdie tue que me anteꝗ͂ nascerer prevenerunt: ꝛ nūc specialiter ī me ef fulserūt: de futuris benignitatis tue melioꝛibus ꝛ perfectioꝛibus muneri bus que amicis tuis reservas: spē me az admonent: vt in te letetur domine deus meus leticia sancta viua: qua sēper letificas iuuentutez meaz.

De angelis deputatis ad custodiaz hominuz. Capitulum. xxvii.

Ilexisti eniz me vnice amoꝛ meus anteꝗ͂ diligerem te. ꝛ ad imaginez tuaz creasti me. omnibus creaturis tuis preposuisti me. quā dignitatez tunc quidē servo cuz noveriz te. propter quē fecisti me Insuper facis angelos tuos spiritus propter me. quibus mandasti vt custo diant me in omnibus viis meis. ne foꝛ te offendaz ad lapidez pedez meuz. hi eniz sunt custodes super muros ci uitatis tue noue hierusalez: ꝛ montes in circuitu eius vigilantes ꝛ custodi entes vigilias noctis super gregez tu uz. ne quādo rapiat vt leo animas no stras. duz nō esset qui eriperet: ille an tiquus serpens adversarius noster di abolus. qui quasi leo rugiens semper circuit querens quē devoꝛet. Sed hi sūt cives beati ciuitatis superne hieru salez que sursum est mater nostra. in ministeriuz missi propter eos qui he reditatez capiunt salutis. vt eos libe rent ab inimicis suis ꝛ custodiant in omnibus viis suis. cōfoꝛtent quoque ꝛ moneant: ꝛ oꝛationes filioꝛuz tuoꝛū offerant in conspectu gloꝛie maiesta tis tue. Diligunt nēpe concives suos per quos sue ruine scissuras instaurari expectant. Ideoꝗ͂ magna cura ꝛ vigi lanti studio adsunt nobis oībus hoꝛis ꝛ locis: succurrentes ꝛ providētes ne cessitatibus nostris: ꝛ solliciti discur rentes inter nos ꝛ te domine: gemitꝰ nostros atque suspiria referentes ad te: vt īpetrent nobis facilez tue beni gnitatis propitiationez ꝛ referant ad nos desiderataz tue gratie benedicti onez. Ambulāt. n. nobiscuz in oībꝰ vi is nostris: intrant ꝛ exeūt nobiscū at tente: cōsiderantes ꝗ͂ pie ꝗ͂que hone ste in medio praue nationis converse mur: quātoꝗ͂ studio ꝛ desiderio que ramus regnuz tuū: ꝛ iusticiaz eiꝰ: quā toꝗ͂ timoꝛe ꝛ tremoꝛe serviamꝰ ꝛ ex ultemꝰ tibi in leticia coꝛdis nostri: Ad iuuāt laboꝛantes: protegūt quiescen tes: hoꝛtātur pugnantes: coꝛonant vi centes: congaudēt congaudentibus de te inquaz gaudentibus: cōpatiun tur patiētibꝰ: pro te īquā patientibꝰ: grādis ē eni cura de nobis. Magnus est effectus dilectionis eoꝛū erga nos ꝛ hoc totū propter honoꝛez tue iexti mabilis charitatis qua dilexisti nos. Diligūt eniz quos tu diligis: custodi unt quos tu custodis: ꝛ deserūt quos tu deseris: nec diligūt operantes ini quitatez: quoniam ꝛ tu odisti omnes operantes iniquitatem. ꝛ perdes oēs q loquūt mēdaciū. Quotiēs. n. bn̄ agi mus gaudēt āgeli ꝛ demōes tristant: quotiēs a bono deviamꝰ: diabolū leti ficamꝰ ꝛ āgelos tuos suo desiderio ꝺ fraudamus. Gaudiū est eniz eis super vno peccatoꝛe penitētiaz agēte. Sed diabolo sup vno iaz iusto penitētiā ꝺ serēte. da igit da pr eis sēper gaudere ꝺ nobis: vt ꝛ tu sēper p eos lauderis I

nobis: ⁊ nos cũ eis ĩ vnũ ad ouile tuũ
adducamur vt cõfiteamur nomini sã
cto tuo creator hoĩuz ⁊ ãgelorũ. Hec
ipse cõmemorãs corã te: cõfiteor lau-
dãs te: quoniã bñficia tua magna sũt
hec quibus nos honorificasti dans no
bis angelos tuos spiritus: ĩ ministeriũ
nostrũ. Dederas enĩ quicquid celi am
bitu cõtinetur: ⁊ quasi parua hec que
sub celo sũt: nisi adderes ⁊ ea que sũt
super celos. Laudẽt te domine ꝺ hoc
oẽs angeli tui: cõfiteantur tibi de hoc
omnia opera tua: ⁊ ipsi sãcti tui tibi bñ
dicant. O honorificẽtia nostra: nos ni
mis honorificãs ⁊ ditãs: multis mune
ribus decorasti. Admirabile est enim
nomen tuũ domine in vniuersa terra
Quid est enĩ hõ quia magnificas eũ:
aut apponis erga euz cor tuũ? Dixisti
enĩ veritas ãtiqua: delicie mee esse cũ
filiis hominũ. Nõne homo putredo: ⁊
filius hoĩs vermis: nõne vniuersa va
nitas omnis homo viuens? Et dignũ
ducis super huiuscemodi aperire ocu
los tuos ⁊ adducere eũ tecũ ĩ iudicio.

De antiqua predestinatione ⁊ pre-
scientia dei. Capitulũ. xxvii.

Oce abyssus profũdissima:
creator: sapientia qui librasti
mõtes in põdere: ⁊ colles in-
statera ⁊ molẽ terre tribus digitis ap
pẽdisti. Suspende molez corporalita
tis huius quã gero: trib⁹ ĩuisis digitis
tuis ad te: vt videam ⁊ cognoscam ꝙ
admirabile est nomen tuũ ĩ vniuersa
terra. Lux antiquissima que lucebas
ante omnez lucez ĩ montibus sanctis
eternitatis antique: cui nuda ⁊ aperta
erant omnia anteꝙ fierent. Lux que
odio habes omnẽ maculã. vtpote mũ
dissima ⁊ ĩmaculatissima: que tibi de-
licie ĩ hoĩe? que cõuẽtio lucis ad tene
bras? Ubi enĩ sunt ĩ hoĩe delicie tue.
Ubi preparasti tibi ĩ me dignũ sãctua
riũ maiestatis tue ad qᵭ ĩtroiens ha-
beas delitias delectatiõis tue? Mũ
dum enĩ cenaculũ decet te mundans
virtus: que nõ nisi a mũdis cordibus
videri potes: multo magis nec haberi
In hoĩe autez vbi tẽplũ tã mundũ vt
te suscipiat q regis mũdũ? Quis põt
facere mũdũ de ĩmũdo cõceptũ semi
ne: nõne tu qui solus es mũd⁹? ab ĩm
mũdo eniz quis mundabitur? Naz ⁊
secundũ legez quã dedisti patrib⁹ no
stris ĩ igne cõburẽti mõtez: ⁊ in nube
tegente aquaz tenebrosam: quicquid
tetigerit ĩmũd⁹: ĩmũdũ erit. Omnes
eniz nos quasi pãn⁹ mẽstruate: de cor
rupta massa: ⁊ ĩmũda veniẽtes: macu
lã ĩmũdicie nostre quã celare saltez ti
bi qui oĩa vides non possum⁹: ĩ fronti
b⁹ eniz portam⁹. quia mundi esse non
possum⁹: nisi tu mũdaueris qui solus
es mũdus. Mundas autez de nobis
filiis hoĩum: eos in quibus tibi cõpla
cuit habitare: quos ab ĩaccessibilibus
profũdis secretis iudiciorũ ĩcõpreben
sibiliũ sapiẽtie tue: sẽper iustorũ licet
occultorũ: sine eorũ meritis predesti-
nasti ante mũdũ: vocasti de mundo: ĩ
mũdo iustificasti: ⁊ magnificas eos p⁹
mũduz. nõ omnib⁹ autez hoc facis qᵭ
admirãt̃ oẽs tabescẽtes sapiẽtes ter-
re: ⁊ ego dñe hoc cõsiderãs expauesco
⁊ obstupesco ꝺ altitudine diuitiarũ sa
piẽtie ⁊ sciẽtie tue: ad quã ego ñ ptigo
⁊ ĩcõprehensibilia iudicia iustitie tue:
qm̃ ex eodẽ luto alia qdẽ vasa ĩ bono
rẽ: alia ĩ cõtumeliã sẽpiternaz. Quos
igit̃ tibi elegisti de multis ĩ tẽplũ san
ctũ tuũ. ipsos mũdas: effundẽs super
eos aquaz mũdaz: quorũ nomina nu-
merũꝙ tu nosti: q solus numeras mul
titudinẽ stellarũ: ⁊ oĩbus eis nomina
vocas que etiã scripta sũt ĩ libro vite

qui nequaquã perire poſſũt: quibus
omnia cooperãtur ĩ bonuz: etiaz ipſa
peccata: Cũ eniz cadũt non collidun-
tur: quia tu ſupponis manuz tuaz cu-
ſtodiens omnia oſſa eorũ: vt vnuz ex
eis nõ cõteratur. Attamen mors pec
catorũ peſſima: illorũ ĩnq̃ quos ante
q̃ faceres celũ ⁊ terraz: ſecũdũ abyſ-
ſuz multaz iudiciorũ tuorũ occultorũ
ſẽperque iuſtorũ. preſciſti ad mortem
eternaz: quorũ diuumeratio nominũ
⁊ meritoꝝ prauoꝝ apud te eſt: qui nu
merũ harene maris dinumeraſti: ⁊ di
menſus es profunduz abyſſi: quos re
liquiſti ĩ iudiciis: quibꝰ omnia coope-
rantur ĩ malũ: ⁊ ipſa etiaz oratio ver-
titur ĩ peccatũ: vt ſi etiã vſque ad ce-
los aſcẽdãt: ⁊ caput eorũ nubes teti-
git: ⁊ iter ſidera celi collocauerint ni-
dũ ſuũ: quaſi ſterquiliniũ ĩ fine pdent̃

De illis qui prius ſunt iuſti ⁊ poſtea
ipii efficiũt: ⁊ ecõuerſo. Cap. xxviii.

Magna eni ſũt hec iudicia tua
dñe deꝰ: iudex iuſtꝰ ⁊ fortis: q
iudicas equitatẽ ⁊ inſcrutabi
lia facis: ⁊ profũda: q̃ cũ cõſidero con
tremiſcũt oĩa oſſa mea: qm̃ nõ ſecurat̃
hõ viuẽs ſuper terraz: vt ſeruiamꝰ ti
bi pie ⁊ caſte cũctis diebꝰ vite noſtre
ĩ timore: ⁊ exultemꝰ tibi cũ tremore:
vt ñ ſit ſeruitiũ ſine timore: neqꝫ gau
diũ ſine tremore: ⁊ nõ glorietur accin
ctus niſi vt diſcinctꝰ: neque glorietur
ante te oĩs caro: ſed paueſcat ⁊ cõtre
miſcat a facie tua: cum ignoret homo
vtruz amore an odio dignus ſit: ſed ĩ
futuruz omnia reſeruantur incerta.
Uidimus eniz de multis dñe: ⁊ audi-
uimꝰ a patribꝰ noſtris: qđ vtique ſine
magno tremore non recolo: ſine mlto
timore ñ ↄfiteor: aſcẽdiſſe ꝑmitꝰ q̃ ẽ vſ
que ad celoſ: ⁊ iter ſidera nidũ ſuũ col
locaſſe. poſtmodũ autez cecidiſſe vſ-
que ad abyſſos: ⁊ aĩas eorũ ĩ maliſ ob
ſtupuiſſe. Uidimuſ ſtellas de celo ceci
diſſe: ab ĩpetu feriẽtis caude dracõis
⁊ eos qui iacebãt ĩ puluere terre a fa
cie ſubleuãtis manꝰ tue: mirabiliter
aſcẽdiſſe. Uidimꝰ viuos morientes: ⁊
mortuos a morte ſurgentes: ⁊ eos qui
ĩter filios dei ãbulant in medio lapi-
dũ ignitorũ: quaſi lutuz ad nihilũ de
fluxiſſe. Uidimus lucez obtenebraſſe
⁊ de tenebris lumen proceſſiſſe: quia
publicani ⁊ meretrices precedũt ico-
las in regno celorũ: filii autẽ regni eii
ciũtur in tenebraſ exteriores. Quare
autez iſta omnia? niſi quia in montẽ
illũ aſcenderũt in quez primus aſcen
dit ãgelus: ⁊ deſcẽdit diabolus. quos
autez prediſtinaſti ipſos ⁊ vocaſti: ⁊ ſã
ctificaſti / ⁊ mũdaſti. vt dignũ habita
culuz ſint tue maieſtatis. cũ quibꝰ ⁊ in
quibꝰ ſũt tibi delicie ſancte ⁊ mũde: ĩ
quibꝰ tu delectaris ⁊ letificas iuuen
tutez eorũ habitans cũ eis ĩ memoria
eoꝝ. Sicut ipſi tẽplũ ſanctũ tuũ ſunt
quod magne dignitatis cõmẽdatio ẽ
hũanitatis noſtre.

Qz anima fide
lis ſit ſanctuariũ dei. Capitulũ. xxix.

Anima eniz quaz creaſti non
de te ſed per verbũ tuũ. non
ex qualibet elemẽtorũ mate
ria ſed ex nihilo. q̃ quidẽ rationalis. in
tellectualis. ſpiritualiſ. ſẽper viuẽs. ſẽ
per in motu. quaz ſignaſti lumine vul
tus tui. ⁊ cõſecraſti virtute lauacri tui
ita facta eſt capax maieſtatis tue. q a
te ſolo ⁊ a nullo alio poſſit ĩpleri. Qñ
aũt te habet plenũ eſt deſideriũ eius.
⁊ iã nihil aliud qđ deſideret̃ exteriꝰ re
ſtat. Dũ aũt aliqđ exteriꝰ deſiderat.
manifeſtũ eſt q te nõ habet interius
quo habito nihil eſt qđ vltra deſideret

Cuz eniz sis sūmuz ⁊ omne bonū:non
habet qđ desideret amplius:sed possi
det omne bonum:ꝙ si non desiderat
omne bonū:restat vt đsideret aliqd qđ
ñ ē oē bonū.ergo nec sūmū bonū:nec
ergo deuz:sed potius creaturaz. Cuz
autez creaturaz desiderat continuaz
famez habet:quia licet qđ desiderat
de creaturis adipiscatur:vacua tamē
remanet:quia nihil est qđ eam imple
at nisi tu ad cuius imaginem est crea
ta. Imples autez tu eos qui nihil ali/
ud desiderãt preter te:⁊ facis eos di/
gnos te:sanctos:beatos:imaculatos:
⁊ amicos dei:qui omnia reputant vt
stercora vt lucrifaciant te solum. Hec
est eniz beatitudo quaz homini contu
listi:hic est honor quo eum inter oēs
creaturas ⁊ sup omnes honorificasti
vt sit admirabile nomen tuum in vni
uersa terra. Ecce domine deus meus
summe omnipotentissime:inueni lo/
cuz vbi tu habitas:quia in anima quã
creasti ad imaginem ⁊ similitudinem
tuam:que te soluz querit ⁊ desiderat:
quia non in illa que te non querit nec
desiderat. Q neque per sensus ex
teriores neque per inferiores inueni
ri potest deus. Capitulum.30.

Ego erraui sicut ouis que pe
rierat:querens te exterius
qui es interius:⁊ multū labo
raui querēs te extra me:⁊ tu habitas
in me:si tamen ego desiderez te. Cir/
cuiui vicos ⁊ plateas ciuitatis huius
mundi:querens te ⁊ non inueni:quia
male querebam foris qui eras intus.
Misi nuncios meos scilicet omnes sē
sus exteriores vt quererez te:⁊ nō in
ueni quia male querebaz. Video enī
lux mea deus qui illuminasti me quia
male te per illos querebam:quia tu
es intus:⁊ tamen ipsi vnde intraueris
nesciuerūt. Naz oculi dicūt:si colora
tus nō fuit per nos nō intrauit. aures
dicūt. si sonitū nō fecit per nos nō trã
siuit. Nasus dicit. si non oluit per me
nō venit. dicit gustus. si nō sapuit per
me nō introiuit. tactus etiaz addit:si
corpulētus nō est nihil me de hac re ī
terroges. Nō ista sūt ī te deus meus:
nō enī speciē corporis:nō decus tpis:
nō cãdorem lucis vel colorez:nō dul/
ciuz melodiarū cantus:⁊ queque dul
ce sonãtia:nō florum ⁊ vnguentorum
vel aromatum odores:non mella vel
manna gustui delectabilia:non cete/
ra que ad tangendum vel amplexan
dum amabilia:nec omnia alia sensibꝰ
his subiecta quero:cum deum meuz
quero. Absit vt ista crediderim deuz
meū:que etiam a brutaliuz sensibus
comprehenduntur. Et tamen cū deū
meuz quero:quero nihilominus quã/
dam lucez super omnem lucem quaz
non capit oculus:quandaz vocez su/
per omnez vocez:quaz non capit au/
ris:quēdã odorē sup oēm odorez quē
ñ naris capit:quēdã dulcorē sup oēm
dulcorez:quez non sapit gustus:quen
daz amplexuz super omnez amplexū
quez tactus nō tãgit exterioris qui/
dez hominis. Ista eniz lux fulget:vbi
locus nō capit:ista vox sonat vbi tem
pus non rapit. Odor iste redolet vbi
flatus nō spargit. Sapor iste sapit vbi
nō ē edacitas:amplexus iste tãgit vbi
nō diuellitur:hic est deus meus ⁊ nō
extimabitur alius ad illum:hoc que/
ro cum deum meuz quero:istud amo
cum deum meum amo. Sero te ama
ui pulchritudo tam antiqua:⁊ tam no
ua. sero te amaui. ⁊ tu ītus eras ⁊ ego
foris ⁊ ibi te querebam ⁊ in ista for/
mosa que fecisti deformis irruebam.
Mecum eras ⁊ tecum non eram. ⁊
ea me tenebant longe a te. que esse
non poterant nisi in te. Circuibaz oīa

querens te τ propter oīa derelinquēs me. Interrogaui terram si esset deus meus. τ dixit mihi ꝙ non. τ omnia q̄ in ea sunt hoc idem confessa sunt. Interrogaui mare τ abyssos τ reptilia que in eis sunt: τ responderunt non sumus deus tu⁹ quere super nos eū. Interrogaui flabilez aerez. τ inquit vniuersus aer cum omnibus incolis suis. fallitur fallitur Anaximenes. nō sum ego deus tuus. Interrogaui celuz solez lunaz τ stellas neque nos sumus deus tu⁹ inquiūt. Et dixi omnibus his qui circunstant fores carnis mee: dicite mihi de deo meo; ꝙ vos non estis deus meus. dicite mihi aliquid de illo. Et exclamauerūt omnes voce grandi ipse fecit nos. Interrogaui proinde mundi molem: dic mihi inquaz si es deus meus an non. Et respondit voce forti non suz inquit ego sed per ipsuz suz ego: quem queris in me ipse fecit me. super me quere qui regit me: qui fecit τ te. Interrogatio creaturaruz profunda est consideratio ipsarum. attestatio ipsaruz de deo meo: quoniam omnia clamant deus noster nos fecit. quoniam vt ait apostolus inuisibilia dei per ea que facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et redii ad me τ iterrogaui in me τ aio ad me. Tu quis es: τ respondi mihi homo rationalis τ mortalis. τ incepi discutere quid hoc esset τ dixi. Unde hoc tale animal domine deus meus: vnde nisi abs te. tu enim fecisti me τ non ipse me. Quid tu: tu per quod viuo ego. tu per qđ viuimus τ nos. tu per qđ viuunt omnia. quid tu: Tu domine deus meus verus τ solus omnipotens τ eternus. τ incōprehensibilis. τ immensus qui semper viuis τ nihil moritur in te. inmortalis habitās eternitatez: mirabilis oculis angeloruz: inenarrabilis: īperscrutabilis: τ innominabilis: deus viuus et verus: terribilis τ fortis: nesciens principiuz neque finez: principiuz omniuz atque finis: qui ante primordia seculoruz τ ante omnes seculorū origines tu es deus τ dominus omnium que creasti: τ apud te omniū stabiliuz stāt cause īmutabiles: permanēt origines τ omniuz rationabiliū τ irrationabiliuz atque tēporaliuz sēpiterne viuunt rationes. Dic mihi supplici tuo deus meus: dic misericors misero tuo: dic queso per miseratiōes tuas: vnde hoc tale animal nisi abs te: an quisꝗ sese faciendi erit artifex. an aliunde ꝗꝫ a te trahitur esse τ viuere. nonne tu es summū esse a quo est omne esse. Quicquid eniz est: a te est: quia sine te nihil est. Nonne tu es fons vite: a quo fluit omnis vita. Quicquid enim viuit per te viuit: quia sine te nihil viuit. Tu ergo dn̄e fecisti me: quero quis fecit me: tu domine fecisti: sine quo factuz est nihil. Tu factor meus: ego op⁹ tuū: gratias tibi deus meus per quez viuo ego: τ per quem omnia viuunt: quoniam fecisti me: gratias tibi plasmator meus: quia manus tue fecerūt me τ plasmauerunt me; gratias tibi lux mea quoniaz illuminasti me τ inueni me: vbi inueni me. vbi cognoui me. vbi inueni te. vbi cognoui te. vbi autē cognoui te. vbi illuminasti me: Gratias tibi lux mea qm̄ illuminasti me. Quid ē qđ dixi cognoui te. nōne tu es deus incomprehensibilis τ īmēsus: rex reguz: τ domin⁹ dominantiū qui solus habes īmortalitatez τ lucē habitas inaccessibilez: quā nullus hominū vidit sed nec videre potest. Nōne tu es deus absconditꝰ τ īperscru

tabilis maiestatis:solus tui ipsius ma
ximus cognitor ⁊ mirabilis cōtēpla/
tor. Quis ergo cognouit quez nūquā
vidit? Dixisti eniz per veritatez tuaz
non videbit me homo ⁊ viuet. Dixit
⁊ preco tuꝰ per veritatez tuaz. deum
nemo vidit vnquā. Quis ergo cogno
uit quem nunquaz vidit? Dixit ergo
veritas tua. Nemo nouit filium nisi
pater:neqꝫ patrez quis nouit nisi filiꝰ
Sola trinitas tuā soli sibi integre no/
ta est:q̄ exuperat omnē sensuz. Quid
est ergo qđ dixit homo vanitati simi/
lis quia cognouit te? Quis cognouit
te nisi tu te? Tu quippe deꝰ omnipo/
tēs superlaudabilis ⁊ supergloriosus
⁊ superexaltatꝰ ⁊ altissimꝰ ⁊ superes
sentialis in sanctissimis ⁊ diuinissimis
eloquijs nominaris:quoniā super oēz
essentiaz intelligibilez:siue intellectu
alez atque sensibilez ⁊ super omne no
men qđ nominatur non soluz in hoc se
culo sed etiaz in futuro:superessentia
liter ⁊ superintelligibiliter esse digno
sceris:quoniā superessentiali ⁊ occul
ta diuinitate super omnē rationez:in
tellectū:⁊ essentiaz: inaccessibiliter ⁊
imperscrutabilit̄ habitas ī te ipso. vbi
lux inaccessibilis ⁊ lumē imperscruta
bile:⁊ incōprehensibile. ⁊ inenarrabi/
le. ad qđ non attingit aliqđ lumē quo
niaz incontēplabile ⁊ iuisibile ⁊ super
rationale ⁊ superintelligibile ⁊ super
inaccessibile. ⁊ superīcommutabile ⁊
superincōmunicabile creditur:qđ nul
lus vnqꝫ angelorū vel hominū vidit
nec videre potest. Hoc est celū tuum
dn̄e:celū celans superarcanū. superi/
telligibile superrationale ⁊ superessē
tiale:lumen de quo dicitur celuz celi
dn̄o:celū celi cui terra est omne celū
quia supermirabiliter:exaltatū est su
per omne celū:ad qđ etiā terra est ce
lū empyreū. hoc eniz est celū celi dn̄o

q: nulli nisi dn̄o ad qđ nemo ascendit
nisi qui de celo descendit:q: nemo no
uit patrez nisi filiꝰ ⁊ eorū spiritꝰ:⁊ ne/
mo nouit filiū nisi pater ⁊ eorū spiritꝰ
Soli qdem tibi trinitas integre nota
es:trinitas sancta. trinitas supermira
bilis ⁊ superīenarrabilis ⁊ superīscru
tabilis ⁊ superinaccessibilis. superin/
cōprehēsibilis superintelligibilis super
essētialis superessētialiter exuperans
omnē sensū. omnē rationē:omnē itel
lectū:omnē itelligētiā:omnē essētiaz
supercelestiū animorū:quā neqꝫ dice
re neqꝫ cogitare neqꝫ itelligere neqꝫ
cognoscere possibile est etiā oculis an
gelorū. Unde ergo cognoui te dn̄e dē/
us altissime super omne celū quē neqꝫ
cherubin perfecte cognoscūt. neqꝫ se/
raphin:sed alis cōtēplationū suarū ve
latur facies sedēti super soliū excelsū
⁊ eleuatū:clamātes ⁊ dicētes. Sāctꝰ
sanctꝰ. sāctꝰ. dn̄s deꝰ exercituū. plena
est oīs terra gloria tua. Expauit pro/
pheta. ⁊ dixit. veh mihi q: tacui:q: vir
pollutꝰ labijs ego sū:⁊ expauit cor me
uz ⁊ dixi: veh mihi q: non tacui q: vir
pollutꝰ labijs ego sū sed dixi. cognoui
te:verū tamē dn̄e veh tacētibꝰ de te
quoniā loquaces muti fiūt sine te. Et
ego dn̄e deꝰ meꝰ nō tacebo qm̄ fecisti
me:⁊ illuminasti me ⁊ īueni me:⁊ co/
gnoui te quoniā illuminasti me: Sed
q̄liter cognoui te? cognoui te ī te. Co/
gnoui te nō sicut tibi es. sed cognoui
te sicut mihi es:⁊ nō sine te sed ī te: q:
tu es lux q̄ illumiasti me. Sicut enī ti
bi es. soli tibi cognitꝰ es. sicut mihi es
secūdū gratiā tuā ⁊ mihi cognitꝰ es:
sed qd mihi es? Dic mihi misericors fa
mulo tuo misero:dic mihi per misera/
tiōes tuas qd mihi es? Dic aīe mee sa
lus tua ego sū:noli abscōdere a me fa
ciē tuā ne moriar vt eam videaz. Si/
ne me loq apud misericordiā tuā:me

terram ꝛ cinerem. sine me loqui apud
misericordiā tuā: quoniā misericordia
tua magna est sup me. loquar eni ad
deū meū cū sim puluis ꝛ cinis. Dic mi
hi supplici tuo: dic misericors misero
tuo. Dic per miſatões tuas q mihi es
ꝛ itonasti desup voce grādi i iteriorē
aurē cordis mei: ꝛ rupisti surditatem
meā: ꝛ audiui vocē tuā: ꝛ illuminasti
cecitatez meā: ꝛ vidi lucez tuaz: ꝛ co/
gnoui quoniā deus meus es tu: ꝓpte
rea dixi ꝙ cognoui te. Cognoui eniz
te quoniā deus meus es tu. Cogno/
ui te solū veꝝ deū: ꝛ quē misisti iesuz
christū. Erat eniz tēpus quando non
cognoscebā te: veh tēpori illi quando
non cognoscebam te. veh cecitati illi
quando non videbā te: veh surditati
illi quando non audiebā te. Cecus ꝛ
surdus per formosa que fecisti defor
mis irruebā. Et mecuz eras ꝛ tecum
non erā ꝛ ea me tenebant longe a te
que non essent nisi essent in te. Illumi
nasti me lux mūdi: ꝛ vidi te ꝛ amaui te
Nemo quippe te amat nisi qui te vi/
det: ꝛ nemo te videt nisi qui te amat.
Sero te amaui pulchritudo tā ātiqua
sero te amaui: veh tēpori illi quando
non amaui te. Gratias tibi lux mea q̄
illuminasti me ꝛ cognoui te. Qualiter
cognoui te? cognoui te solū deuz vi/
uuz ꝛ veruz creatorez meuz: cognoui
te creatorez celi ꝛ terre visibiliū omni
um ꝛ inuisibiliū: deuz veruz omnipo
tentez imortalez: ꝛ inuisibilez: incircū
scriptibilez: interminabilez: eternum:
inaccessibilez: incōprehensibilez: iper
scrutabilem incōmutabilez: imensum
infinituz: principiuz omniuz visibiliū
ꝛ inuisibiliuz creaturarum: per quem
omnia facta sunt: per quez cuncta sub
sistunt elementa. Cui⁹ maiestas sicut
principiū nunꝗ habuit sic nec desinet
in eternuz. Cognoui te vnum solum
veruz deuz eternuz deuz patrez ꝛ fi
liuz ꝛ spirituz sanctū: tres quidez per
sonas sed vnaz essentiaz: omnino sim/
plicez: indiuisaque naturā. ꝛ patrem a
nullo. filiuz a patre solo: ꝛ spiritum
sanctum pariter ab utroque: absque
initio semper: ꝛ sine fine deū trinuz: ꝛ
unū solū: ꝛ uerum deum omnipoten
tez unū uniuersorū principiū creato
rem omnium uisibilium: ꝛ inuisibiliū
spiritualium: ꝛ temporalium qui tua
omnipotenti uirtute simul ab initio
temporis utranque de nihilo condi/
disti creaturā spūalē: ꝛ corporalē: an
gelicam uidelicet ac deinde humanā
quasi cōmunem ex corpore: ꝛ spiritu
constitutam. Cognoui te: ꝛ confiteor
te deum patrem ingenitū te filium a
patre genitum: te spiritum sactum pa
raclitum necꝫ genitū necꝫ ingenitū
sanctam ꝛ indiuiduam trinitatez i tri
bus coequalibus personis consubstā
tialib⁹: ꝛ coeternis: trinitatem in vni
tate: ꝛ vnitatez in trinitate: corde cre
dens ad iusticiaz: ꝛ ore confitēs ad sa
lutez. Cognoui te veruz deum ꝛ do/
minuz iesuz christuz filiuz dei vnige/
nituz: creatorez: saluatorez ꝛ redem/
ptorez meuz: ꝛ totius humani generis
quē confiteor ex patre genitum ante
secula deum de deo: lumen de lumi/
ne: deum verum de deo vero: non fa
ctum sed genitum consubstantialem
ꝛ coeternū patri ꝛ spiritui sancto: per
quez omnia facta sunt a principio: fir
miter credens ꝛ veraciter confitens
te deum vnigenitum iesum christum
propter salutem hominum a tota tri/
nitate cōmuniter icarnatū ex maria
perpetua virgine: spiritus sancti co/
opatiōe cōceptū: veꝝ hoīez factū ex
aīa ratiōali ꝛ hūana carne subsistētē

Qui cũ secũdũ diuinitatem vnigeni tus dei ĩpassibilis sis pariter ꝛ ĩmortalis propter nimiã dilectionẽ tuaȝ qua dilexisti nos: idẽ ipse dei filius secũdũ humanitatem factus es passibilis et mortalis. Qui propter salutẽ humani generis vnice fili dei in ligno crucis pati voluisti: passionẽ ꝛ mortẽ: vt nos a morte perpetua liberares: atqꝫ ad inferos vbi sedebant in tenebris patres nostri. auctor luminis descendisti. ꝛ die tertia gloriosus victor ab inferis ad superos resurrexisti. resumens sacrum corpus quod peccatis nostris mortuum iacuerat in sepulchro: ꝛ viuificans secundum scripturas die tertia. vt ipsuȝ i patris dextera collocares. Assumpta nãqꝫ tecũ ex inferis captiuitate quã captiuauerat antiquus humani generis inimicus. verus dei filiꝰ cũ nostre carnis substãtia. idest cum aĩa ꝛ carne humana ex virgine gloriosa assumpta. super oẽs celos ascẽdisti trãscẽdẽs ordines angelorũ: vbi sedes ad dexterã dei patris. vbi est spiritus vite ꝛ lumẽ inaccessibile. ꝛ pax dei que exuperat oẽȝ sensuȝ. Ibi te deũ verꝫ ꝛ hominẽ iesuȝ xp̃ȝ adoramꝰ ꝛ credimꝰ. ꝯfitẽtes te patreȝ habere deũ. Indeqꝫ te venturũ iudiceȝ in fine seculi expectamus. vt iudices viuos ꝛ mortuos: et reddas oibus bonis ꝛ malis secũdum opera sua: que operati sunt in hac vita. vel p̃miũ vel suppliciũ. ꝓut vnusquisque dignus fuerit rege vel erũna. Resurgẽt. n. i illa die a voce ṽtutis tue oẽs homines. quotquot humanaȝ animã acceperunt in carne sua. quã hic habuerunt. vbi totus homo pro meritis vel gloriam suscipiat vel gehẽnã. Tu es ipse vita ꝛ resurrectio nostra quẽ saluatorẽ expectamus dominum iesuȝ christũ: qui reformabit corpus humanitatis nostre configuratuȝ corpori claritatis sue. Cognoui te deũ verũ ꝛ vnũ spiritũ sanctũ patris ꝛ filii ab vtroqꝫ pariter procedentẽ. cõsubstantialẽ ꝛ coeternũ patri ꝛ filio. paraclytũ ꝛ aduocatũ nostrum. qui super eundẽ deũ ꝛ dñȝ nostrũ iesuȝ christũ in colũbe specie descendisti: et super apostolos in liguis igneis apparuisti Qui oẽs sanctos dei ꝛ electos dei a principio tue gratie munere docuisti: ꝛ ora prophetaꝝ vt enarrarent mirabilia regni dei aperuisti: qui ab omnibus sanctis dei cum patre ꝛ filio simul adoraris et glorificaris: inter quos ꝛ ego filius ancille tue toto corde meo glorifico nomen tuũ: quoniã illuminasti me. Tu eniȝ es vera lux: lumẽ veridicũ: ignis dei: ꝛ magister spirituũ: qui vnctione tua doces nos ꝛ omnẽ veritatẽ spiritus veritatis: sine quo ĩpossibile ẽ placere deo: quoniã tu ipse deus es ex deo: ꝛ lux de luce procedens a patre luminũ ineffabiliter: ꝛ a suo filio domino nostro iesu christo: quibus consubstantialis et coequalis ꝛ coeternus existens ĩ vnius trinitatis essentia superessentialiter ꝛ gloriaris ꝛ regnas. Cognoui te vnũ deũ viuũ ꝛ verũ patrẽ ꝛ filiũ ꝛ spiritũ sanctũ: trinũ quidẽ ĩ personis sed vnũ ĩ essentia: quẽ cõfiteor: adoro ꝛ glĩfico toto corde meo: verꝫ deũ solũ sanctũ ĩmortalẽ inuisibilẽ: incõmutabilẽ: inaccessibileȝ: ĩperscrutabilẽ. vnũ lumen: vnũ solẽ: vnũ panẽ: vnã vitã: vnũ bonũ: vnũ principiũ: vnuȝ finẽ: vnũ creatorem celi ꝛ terre: per quẽ omnia viuũt: per quẽ omnia subsistunt: per quẽ omnia gubernantur: regũtur: ꝛ viuificãtur que ĩ celis sunt ꝛ que ĩ terris: ꝛ que sub terra: preter

quē nō est deus in celo ⁊ ī terra. Sic cognoui te cognitor meus: sic cognoui te: cognoui te per fidē tuā quā īspirasti mihi lux mea lumen oculorum meoꝝ dn̄e deus meꝰ spes oīum finiū terre: gaudiū letificās iuuētutē meā ⁊ bonū sustentans senectutē meaȝ. In te eniȝ dn̄e iubilant omnia ossa mea dicentia. dn̄e quis similis tibi in diis: dn̄e nō quē fecit manus hominis. sed q fecisti manus hominū. Simulacra gentiū argentū ⁊ auꝝ opera manuū hominū. Non sic operator hoīuȝ oēs dii gentiū demonia: dn̄s autē celos fecit: dn̄s ipse est deus. Dii qui non fecerunt celū ⁊ terrā pereant de celo ⁊ de terra deus qui creauit celum et terrā: celū celi ⁊ terra benedicant eū Quis similis tibi etiam in diis dn̄e: quis similis tibi in magnificentiis: in sanctitate: terribilis atq laudabilis ⁊ faciens mirabilia: Sero te cognoui lumen veꝝ: sero te cognoui. Erat. n. nubes magna ⁊ tenebrosa ante oculos vanitatis mee: ita vt videre non possem solē iusticie ⁊ lumē veritatis Inuoluebar in tenebris filius tenebrarū: tenebras amabaȝ quia lumen non cognoscebā. Cecus erā: cecitatē amabā: ⁊ ad tenebras per tenebras ambulabā. quis inde me eduxit vbi erā homo cecus in tenebris ⁊ vmbra mortis: qs accepit manū meā vt ide educerer: qs ē ille illuminator meꝰ: Non eniȝ querebā eū ⁊ ipse quesiuit me: non inuocabā cuȝ ⁊ ipse vocauit me. quis est ille. Tu es dn̄e deus meus misericors ⁊ miserator. pater misericordiaꝝ ⁊ deus totius consolationis: tu sancte dn̄e deus meus: quem ꝯfiteor toto corde meo gratias agēs nomini tuo. Non te querebaȝ tu me quesiuisti: nō te īuocabā: tu me vocasti. Uocasti eniȝ me nomine tuo: intonasti desuper voce grandi in interioreȝ aurē cordis mei: Fiat lux. ⁊ facta est lux: ⁊ decessit nubes magna et liquefacta est nubes tenebrosa: que operuerat oculos meos: ⁊ vidi luceȝ tuā: ⁊ cognoui vocē tuā ⁊ dixi. Uere dn̄e tu es deus meus ⁊ eduxisti me de tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ vocasti me in admirabile lumē tuū ⁊ ecce video. Gratias tibi illuminator meꝰ: ⁊ ꝯuersus sum ⁊ vidi tenebras ī quibus fuerā: ⁊ abissuȝ tenebrosaȝ ī qua iacuerā. ⁊ ꝯtremui: ⁊ expaui: ⁊ dixi. Ueh veh tenebris meis ī quibꝰ iacui Ueh veh cecitati illi in qua videre non poterā lumen celi. Ueh preterite ignorātie quādo nō cognoscebā te dn̄e. Gratias tibi illuminator ⁊ liberator meus quoniā illuminasti me ⁊ cognoui te. Sero cognoui te veritas antiqua: sero te cognoui veritas eterna: ⁊ tu eras ī lumīe: ⁊ ego ī tenebris ⁊ ñ cognoscebā te: q̄ illūiari nō poterā sine te: ⁊ nō est lux extra te. Scē sanctoruȝ deus inextimabilis maiestatis. ⁊ deus deorū ⁊ dominꝰ dominoꝝ mirabilis inenarrabilis inexcogitabilis: quē tremunt in celo angelice potestates: quē adorant dominationes ⁊ troni: ⁊ omnes virtutes pauēt a ꝯspectu tuo cuiꝰ potētie ⁊ sapiētie non est numerus: qui fundasti mundū super nihilum: ⁊ mare colligasti in aere quasi ī vtre: omnipotentissime fortissime deus spirituū vniuerse carnis a cuius conspectu fugit celum ⁊ terra: ⁊ ad cuius nutuȝ omnia se subiiciunt elementa: te adorant ⁊ glorificant te omnes creature tue. Et ego filius ancille tue per fideȝ tuaȝ flecto ceruiceȝ cordis mei sub pedibꝰ maiestatis tue: gratias agens quoniaȝ dignatus es

per tuaz misericordiaz illuminare me Lumen veruz: lumen sanctuz lumē delectabile: lumen admirabile: lumē superlaudabile: qui illuminas oculos angelorū. Ecce video: gratias ago. Ecce video lumē celi interlucet ocu lis mētis mee radius desuper a facie luminis tui: ꝛ letificat oīa ossa mea O si perficerētur in me. Auge que so luminis auctor. Auge queso quod interlucet in me. Dilatetur obsecro dilatetur: ex te quid est hoc quod sen tio? quis est ignis q calefacit cor meū que est lux que irradiat cor meū? O ignis qui semper ardes ꝛ nūq̄ extin gueris: accende me. O lux que semp luces: ꝛ non extingueris illumina me O vtinā arderē ex te. Ignis sancte q̄ dulciter ardes: q̄ secrete luces: q̄ desideranter aduris: Veh his qui non ardent ex te: veh illis qui no illu minant ex te: O lumen veridicū illu minans omnē mūdū: cuius lux iplet mundū. Veh cecis oculis qui te non vident sol illuminans celū ꝛ terram. Veh caligantibus oculis qui te vide re non possunt. veh auertētibus ocu los vt nō videāt vanitatē. Nequeunt eniz oculi assueti tenebris: summe ve ritatis radios intueri. nec sciūt de lu mine aliquid extimare: quoꝝ est in te nebris habitatio. Tenebras vident: tenebras diligūt: tenebras approbāt de tenebris eūtes i tenebras: nesciūt vbi corruant. Miseri nesciunt quid amittāt: ꝛ miseriores vtiq̄ qui sciūt quod amittūt: qui cadūt apertis ocu lis ꝛ descendūt in infernum: viuētes. O lux beatissima que non nisi a pur gatissimis oculis videri potes. Bea ti mūdo corde quoniā ipsi deū vide būt. Munda me mūdās virtus: mū da oculos meos: vt sanis oculis te cō tēpler: quē nō nisi sani oculi ītuētur Aufer squamas caliginis antique ra dio tue illuminationis. splēdor iacces sibilis: vt te videre valeā irreuerbe ratis obtutibus ꝛ ī lumine tuo videā lumē. Gratias tibi lux mea. Ecce vi deo. Dilatet obsecro visus meus dn̄e ex te. Reuela oculos meos vt ꝯside rē mirabilia de lege tua qui es mira bilis ī sanctis tuis: gratias tibi lumen meū. Ecce video. video: sed per spe culū ī enigmate. Sed quādo facie ad faciē? qn̄ veniet dies leticie ꝛ exulta tionis ī qua igrediar ī locū taberna culi admirabilis vsq̄ ad domū dei: vt videam videntem me facie ad fa ciem: et satietur desiderium meum.

De desiderio ꝛ siti eius in eum.

Quēadmodū desiderat cer nus ad fōtes aquaꝝ ita de siderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuuz quādo veniā ꝛ apparebo ante faciē dei? O fons vite: vena aquaꝝ viuē tiū: quādo veniaz ad aquas dulcedi nis tue? d terra deserta īuia ꝛ īaquo sa vt videā virtutē tuā: ꝛ gliā tuā: ꝛ sa tiē ex aq̄s misericordie tue sitiz meā? Sitio dn̄e fōs vite: satia me: sitio dn̄e sitio deū viuum. O quando veniā ꝛ apparebo dn̄e ante faciē tuaz: putas ne videbo diē illā diē iquā iocūdita tis ꝛ leticie: diē quā fecit dn̄s vt exul temus ꝛ letemur in ea. O dies pre clara nesciēs vespeꝝ: nō habēs occa suz: ī qua audiā vocē laudis: vocem exultatōis ꝛ ꝯfessionis: itra ī gaudiū dn̄i tui: itra ī gaudiū sempiternū: ī do mū dn̄i dei tui: vbi sūt magna ꝛ īscru tabilia: ꝛ mirabilia quoꝝ nō ē nume rus. Intra ī gaudiū sine tristitia quod ꝯtinet eternā letitiā vbi erit omne bo nū: ꝛ nō erit aliquod malum: vbi erit

quicquid voles: vbi erit vita vitalis
dulcis ꝛ amabilis: sempꝙ memora/
bilis: vbi nō erit hostis ipugnās: nec
vlla illecebra sed summa ꝛ certa secu
ritas: secura trāquillitas: traquillitas
ꝛ trāquilla iocūditas: iocūditas ꝛ io/
cūda felicitas: felicitas ꝛ felix eterni
tas: eternitas ꝛ eterna beatitudo: bti
tudo ꝛ beata trinitas: trinitas ꝛ trini/
tatis vnitas. vnitas ꝛ vnitatis deitas.
deitas ꝛ deitatis beata visio: que est
gaudiū dñi dei mei. O gaudiū super
gaudiū: vincens omne gaudiū: extra
qđ nō est gaudiū: quādo itrabo i te vt
videā deū meū q habitat i te. Ibo ꝛ
videbo visionē hāc grādē: quid ē qđ
me detinet. Heu me q2 icolatus me
us ꝓlōgatus est: heu me quādiu dice
tur mihi vbi est deus tuus? quādiu
dicetur expecta expecta? et nūc que
est expectatio mea? nōne dñs deus
meus? Saluatorē expectamus dñz
nostrū iesuz xp̄z qui reformabit cor/
pus humilitatis nostre: ↄfiguratū cor
pori claritatis sue. Expectamus dñz
quādo reuertať a nuptiis vt īducat
nos ad suas nuptias? Ueni dñe ꝛ no
li tardare. Ueni dñe iesu: veni visita
re nos i pace: veni ꝛ educ vinctū hūc
de carcere. letemur corā te corde pfe
cto. Ueni saluator noster: veni desi/
deratus a cūctis gētibus: ostēde fa/
ciē tuā ꝛ salui erimus. Ueni lux mea
redēptor meus: educ de carcere aīaz
meā ad cōfitēdū nomini sancto tuo:
quamdiu miser iactabor in fluctibus
mortalitatis mee: clamans ad te dñe
ꝛ non exaudis? Audi clamantem de
hoc mari magno ꝛ educ me ad portū
felicitatis eterne. Felices qui de pe/
riculo maris hui⁹ educti ad te deum
portū tutissimū peruenire meruere.
O vere felices qui đ pelago ad litt⁹
de exilio ad patriā: de carcere ap pa/
latiū peruenerunt: optata iā felici io/
cūditate adepti: iaz quiete beati: qui
ad brauiū illud perpetue glorie quod
hic per multas tribulatōes quesierūt
letātur i perpetuuz. O vere beati. o
terꝙ quaterꝙ beati: q iā omniū ma/
loꝝ exuti: securi iā de sua imarcesci/
bili gloria ad regnū decoris perueni
re meruerūt. O eťnū regnū: regnū
omniū seculoꝝ vbi lumē ideficiēs: ꝛ
pax dei que exuperat omnē sensū. in
qua scōꝝ aīe requiescūt: ꝛ leticia sem
piterna super capita ipsoꝝ gaudiū ꝛ
exultationem obtinebūt: ꝛ fugiet do
lor ꝛ gemitus. O q̄ꝫ gloriosum est re
gnū i quo tecuz dñe regnant omnes
sancti amicti lumine sicut vestimēto
habētes i capite suo coronā de lapide
precioso. O regnū beatitudinis eter
ne: vbi tu domīe spes sanctorū et di/
adema glorie: facie ad faciez videris
a sanctis letificans eos vndiqꝫ i pace
tua. que exuperat omnē sensuz: Ibi
gaudiū infinitum: leticia sine tristicia
salus sine dolore vita sine labore. lux
sine tenebris. vita sine morte: omne
bonum sine omni malo: vbi iuuētus
nunquam senescit: vbi vita terminū
nescit. vbi decor nunquam pallescit.
vbi amor nunquam tepescit: vbi sani
tas nūꝙ marcescit. vbi gaudiū nūꝙ
decrescit: vbi nullus dolor sentitur:
vbi gemitus nunquam auditur: vbi
triste nihil videtur: vbi leticia semper
habetur. vbi malum nullum timetur
quoniam ibi summum bonum possi/
detur: quod est videre semper faciez
dñi virtutū. Felices igiť q de naufra
ga vita p̄sēti ad tāta gaudia iā pueni
re meruerūt. infelices heu nos ꝛ mise
ri q p hui⁹ maris magni fluct⁹: pcello
sasꝙ voragies: nauē trahim⁹: ignorā

tes an ad portū salutis peruenire va/
leamus. Infelices inqꝫ quorū est vita
in exilio: via in periculo: finis in du/
bio: nesciētes finē nostrū: quia omnia
in futurū reseruantur incerta: adhuc
in pelagi fluctibus versamur suspirā
tes ad te portū maris.

De vita eterna. Capitulum.

Patria nostra: patria secura
a longe te videmus. Ab hoc
mari te salutamꝰ: ab hac val
le ad te suspiramus: ⁊ nitimur cuz la
chrymis si quomodo ad te perueniam
mus. Spes humani generis christe d
us de deo refugiū nostrum ⁊ virtus:
cuius lumen a longe inter caliginosas
nebulas super maris procellas quasi
stelle maris radius: oculos nostros ir
radiat vt dirigamur ad portū. Guber
na nauez nostram tua dextra: clauis
crucis tue: ne pereamus in fluctibus:
ne nos demergat tēpestas aque: neqꝫ
absorbeat nos profundū sed virtute
crucis tue trahe nos ab hoc pelago ad
te solamen vnicū nostrū. quez a lon/
ge quasi stellaz matutinaz ⁊ solez iusti
cie vix lachrymantibus oculis in lit/
tore celestis patrie nos expectantē vi
demꝰ. En ad te clamamꝰ redēpti tui:
sed ⁊ nūc exules tui quos precioso san
guine redemisti exaudi nos deus salu
taris noster: spes oīuz finiū terre: ⁊ in
mari lōge: i mari turbulēto versamur
tu i littore stās aspicis pericula nostra
saluos nos fac propter nomē tuū. Da
nobis dn̄e īter syllā ⁊ carybdin ita te
nere mediū: vt vtroque periculo cui
tato: salua naue ⁊ mercibꝰ securi per/
ueniamꝰ ad portuz.

Itez de vita eterna. Capitulum.

CUm ergo peruenerimus ad
te sapiētie fontez: ad te lumē
indeficiens ad lucez inextin/
guibilez. vt te nō iā per speculū i enig
mate: sed facie ad faciem videamus.
tūc satiabit̄ i bonis desideriū nostruz
qꝛ nihil erit exterius qđ desideret̄ nisi
tu dn̄e sūmū bonuz qui eris premiuz
beatoruz. ⁊ diadema decoris eoruz: ⁊
leticia sēpiterna super capita eorū: pa
cificans eos intus ⁊ extra in pace tua
que exuperat omnez sensuz. Ibi vide
bimꝰ: amabimus ⁊ laudabimus. Ui/
debimꝰ in lumine tuo lumen tuū: quo
niaz apud te est fons vite ⁊ in lumine
tuo videbimꝰ lumen. Quale autē lu
men? lumē īmensuz: lumen incorpore
uz incorruptibile: incōprehensibile: lu
men indeficiens: lumen inextinguibi
le: lumen inaccessibile: lumen increa/
tuz: lumen veridicū. qđ illuminat ocu
los angelorū: qđ letificat iuuentutez
sanctoruz: qđ est lumen luminū ⁊ fōs
vite: qđ es tu dn̄e deus meus. Tu es
quippe lumen i cuiꝰ lumine videbimꝰ
lumen: te scilicet in te: in splendorē vul
tus tui: quoniaz te videbimꝰ facie ad
faciez. Quid est videre facie ad faciē
nisi qđ ait apostolus. cognoscere sicut
⁊ cognitus suz. cognoscere veritatez
tuaz ⁊ gloriaz tuā. hoc est cognoscere
faciē tuā. Cognoscere patris potētiaz
filii sapiētiā spiritꝰ sancti clemētiā. ipsi
us sūme trinitatis vnaz ⁊ indiuiduaz
essentiaz. videre enim faciē dei viui.
hoc est sumū bonū. gaudiū angelorū
atque omniuz sanctoruz. premiū vite
eterne. gloria spirituū: leticia sēpiter
na. corona decoris. brauiū felicitatis
requies opulenta. Pulchritudo pacis
intimum ⁊ externum gaudium. para
disus dei hierusalez celestis. vita bea
ta. plenitudo beatitudinis. gaudium
eternitatis. pax dei que exuperat oēz
sensū hec ē plena beatitudo ⁊ tota glo
rificatio hominis videre faciē dei sui

videre qui fecit celum et terram:qui fecit eum:qui saluauit eum:⁊ qui glorificauit euz:Uidebit eum cognoscēdo.amabit diligendo: laudabit possidendo. Ipse eniz erit hereditas populi sui:populi sanctorum:populi quem redemit. Ipse possessio felicitatis eorum.ipse premiuz et merces expectationis. Ero inꝗ merces tua magna nimis. Magnū enim magna decent Uere domine magnus es tu nimis super omnes deos.⁊ merces tua magna nimis. Nec enim magnus es tu et parua merces tua:sed vt magnus es tu.magna merces tua. quoniam non aliud es tu.⁊ aliud merces tua. Sed tu ipse magnus nimis. tuipse merces magna nimis.tuipse coronator es ⁊ corona:tu ipse promissor es ⁊ promissio:tu remunerator ⁊ munus. tu premiator et premium felicitatis eterne. Tu ergo coronator es ⁊ corona deus meus et diadema spei que ornata est gloria:lumen letificās:lux renouans:decor adornans:spes mea magna:desiderium cordis sanctoruz et desideratus coruz. Uisio ergo tua tota merces est:totum premium ⁊ totum gaudiū quod expectamus. Hec est enim vita eterna. Hec est inꝗ sapientia tua:hec est vita eterna. vt cognoscant te solum verum deuz ⁊ quē misisti iesum christum. Cum igitur videbimus te solum deum:deuz verū: deum viuum omnipotentem inuisibilem:incircunscriptibilem:incomprehensibilem:⁊ filium tuum vnigenitum:consubstantialem ⁊ coeternū: tibi dominū iesum christum:quez pro salute nostra misisti in mundum in virtute spiritus sancti:trinuz in personis vnum in essentia:deum sanctum:solum extra quez non est deus:tunc habebimus quod querimus:vitaz eternam:gloriam sempiternam:quaz preparasti diligentibus te:quam abscondisti timentibus te:quam daturus es querentibus te:querentibus faciem tuam semper. Et tu deus meus formator meus ex vtero matris mee:q̄ me recommendauit manui tue. non me permittas amplius ex vno distrahi in multa:sed collige me de exterioribus ad me:de me ad te. vt dicat tibi semper cor meum.exquisiuit te facies mea faciem tuam domine requiram:faciem domini virtutum:in qua sola consistit tota gloria sempiterna sanctorum. Quam quidem videre vita eterna est:et gloria sempiterna iustorum. Letetur ergo cor meum vt timeat nomen tuum.letetur cor querētium dominum. Sed multo magis cor inuenientium. Si enim leticia est in querendo:qualis erit etiam in īueniendo? Queram ergo semper ardēter:⁊ indesinenter faciem tuam. Si quomodo tandez aperiatur mihi ostium ⁊ porta iustitie:vt intrem in gaudium domini mei hec porta domini: iusti ingredientur per eam.

Orō ad scāz trinitatē. Cap. xxxviij.

Tres coequales et coeterne persone:deus vnus et verus.pater ⁊ filius et spiritus sanctus:qui solus habitas eternitatē et lucem inaccessibilem. Qui fundasti terram in potentia tua:et regis orbem prudentia tua. Sanctus. sanct⁹. sanctus dominus deus sabaoth:terribilis et fortis:iustus et misericors: admirabilis:laudabilis: amabilis. Unus deus:tres persone:vna essentia potentia:sapientia bonitas. Una ⁊ īdiuisa trinitas. Aperi mihi clamanti portas iusticie et ingressus ī eas cō

fitebor domino. En ad ostium tuum sum paterfamilias mendicus pulso: Jube aperiri pulsanti. qui dixisti. pulsate et aperietur vobis. Pulsant enĩ ad ostium tuum: pater misericordissime desideria rugientium precordiorum meorum: et clamores lacrimarũ oculorum meorum. Ante te est omne desiderium meum et gemitus meus a te non est absconditus. Et tu domine ne auertas faciem tuam amplius a me. nec dclines ĩ ira a ßuo tuo. Pater misericordiarum audi eiulatum pupilli tui: et porrige manum tuam optimam adiutricem. vt retrahat me de profundis aquarum et de lacu miserie ⁊ de luto fecis: ne peream vidente misericordia oculorum tuorum. aspiciente clementia viscerum tuorum. sed euadam ad te dominum deum meum: vt videam diuitias regni tui et intuear faciem tuam semper. ⁊ laudem dicam nomini tuo domine qui facis mirabilia. qui cor meum letum facis memoria tua. Qui illuminas iuuẽtutẽ meã ne despicias senectutẽ meam. sed iubilare facias ossa mea. ⁊ reuiuiscere facias vt aquile canos meos.

Finis. Soliloquiorum Diui Augustini Episcopi Hipponensis.

Diui Augustini episcopi Hipponensis Manuale de verbo dei: quo sopita celestis dsiderii memoria renouet.

QUoniam in medio laqueorum positi sumus facile a celesti desiderio frigescim⁹. Quapropter assiduo indigemus munimento: vt expergefacti ad deum nostrum verum ⁊ summum bonum cum defluimus recurramus. Idcirco non presumptionis temeritate sed magna dei mei dilectione: huic opusculo ad laudez eius operam dedi: vt ex elegãtioribus dictis sanctorum patrum: breue et manuale verbum de deo meo mecum semper haberem. ex cuius lectionis igne quotiens tepesco in eius accendar amorem. Nunc adesto mihi deus meus quem quero: quem diligo: quẽ corde et ore et qua valeo virtute laudo atq; adoro. Mens mea deuota tibi: tuo amore succensa: tibi suspirans tibi inhians: te solum videre desiderans: nihil habet dulce nisi de te loqui: de te audire. de te scribere: de te conferre: tuã gloriaz frequenter sub corde reuoluere: vt tua suauis memoria sit ĩter hos turbines aliqua repausatio mea. Te ergo inuoco desideratissime: ad te clamo clamore magno: in toto corde meo: et cum te inuoco. vtiq; in me ipsum voco: vtiq; inuoco: quoniam omnino non esse nisi tu esses in me: et nisi ego essem in te non esses in me. Jn me es quando in memoria mea manes: ex quo cognoui te: et in ea inuenio te cum reminiscor tui: et delector in te: et de te: ex quo omnia: per quem omnia: et ĩ quo omnia.

De mirabili essentia dei.

TU domine: celum et terram imples: omnia portans sine onere: omnia implens sine ĩclusione: semper agens semper quietus: colligens et non egens: querens cũ nihil desit tibi: amans nec estuãs. zelans et securus es: penitet te et nõ doles: irasceris ⁊ tranquillus es: opera mutas sed non mutas consilium: Recipis q̃ inuenis et nunquam amisisti. Nunquam inops et gaudes lucris: nunquam auarus vsuras exigis Supererogas cui nõ debes: vel sem

perogatur tibi vt debeas: ꝛ quis ha bet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens: donas debita ni hil perdēs. Qui vbiqꝫ es et vbiqꝫ to/ tus: qui sentiri potes: videri non po/ tes: qui nusquam dees: et tamen ab iniquorum cogitationibus longe es: qui nec ibi dees vbi lōge es: quia vbi non es per gratiam ades per vindi/ ctam. Qui vbiqꝫ es et vix inueniri po tes. Quem stantem sequimur et ap/ prehendere vix valemus. Qui tenes omnia: qui imples omnia: circumple/ cteris omnia: superexcedis omnia: su stines omnia: qui corda fidelium do/ ces sine strepitu verborum: qui lo/ cis non distenderis: nec temporibus variaris: nec habes accessus et reces sus: qui habitas lucem inaccessibilē quam nullus hominum vidit nec vi/ dere potest In te manens. In te quie tus: vbique circuis totum: non enim scindi vel diuidi potes: quia vere vnus es: nec in partes efficeris: sed totus to tum tenes: totū iples. totum illustras ꝛ possides. De indicibili sciētia dei.

Si totum mundū libri reple ant: tua scientia inenarrabi/ lis non potest enarrari: quo/ niam vere indicibilis es: nullo modo scribi poteris: nec concludi. Tu es fons lucis diuine: ꝛ sol claritatis eter ne. Magnus enim es sine quantita/ te ꝛ ideo immensus: bonus sine quali tate et ideo vere et summe bonus: et nemo bonus nisi tu solus: cuius volū tas opus est: cuius velle posse est. qui omnia ex nihilo creasti: sola volunta te fecisti. Qui omnem creaturam tu/ am absqꝫ indigentia aliqua possides et sine labore gubernas. et absqꝫ te/ dio regis: et nihil est qđ cōturbet vel perturbet ordinem tuum vel in sum mis vel in imis qui in omnibus locis sine loco haberis: et omnia contines sine habitu: et vbiqꝫ p̄sens es sine situ et motu: qui nec mali actor es: quod facere non potes: qui nihil non potes nec vnqꝫ quicquam te fecisse penitu it. Cuius bonitate facti sumus: et iu/ sticia penas luimus: et clemētia libe/ ramur. Cuius omnipotentia omnia gubernat: regit et implet que creauit Nec ideo te implere omnia dicimus vt te contineant. sed ipsa potius a te continentur: nec particulatiꝫ imples omnia: nec vllatenus ita putandum est: vt vnaqueqꝫ res pro magnitudi/ ne sue portionis capiat te idest maxi ma maius: minima minus: dum sis potius ipse in omnibus et omnia in te Cuius omnipotentia omnia conclu/ dit: nec euadendi potentiam tuā quis aditū īuenire poterit. Qui eniꝫ te nō habet placatū: nequaqꝫ euadet iratū

De desiderio anime sentiētis deū

Te igitur clementissime deus inuoco in animam meā quā preparas ad capiendum te ex desiderio qđ inspiras ei. Intra ro go in eam et coapta eam tibi: vt pos sideas illam quam fecisti et refecisti et vt habeam te velut signaculum su per cor meum. Queso piissime inuo cantem te non deseras quia priusquā te vocarem me vocasti: et quesisti: vt ego seruus tuus te quererem: queren do inuenirem: et inuentum amarem Quesiui et inueni te domine: et ama re desiderio. Auge desiderium et da quod peto: quoniam si cuncta que fecisti mihi dederis: non sufficit ser/ uo tuo nisi teipsum dederis. Da ergo teipsum mihi deus: redde.

te mihi. En amo te: ꝛ si pax est: amen validius. Tuo ergo amore teneor: tuo desiderio flagro tua dulci memoria delector. Ecce dū tibi mens mea suspirat: ꝛ tuā ineffabilē pietatē meditatur: ipsa carnis sarcina minus grauat: cogitationū tumultus cessat: pōdus mortalitatis ꝛ miseriaꝝ more solito nō hebetat: silent cūcta: tranquilla sunt oīa: cor ardet: animus gaudet memoria viget: intellectus lucet: et totꝰ spiritus ex desiderio visionis tue accensus iuisibiliū amore rapi se videt. Assumat spiritus meus pēnas vt agle: volet ꝛ nō dficiat: volet vt pueniat vsqꝫ ad dcorē domꝰ tue: ꝛ thronū glorie tue: vt ibi sup mensaꝫ refectionis ciuiū supernoꝝ pascat de occultis tuis: i loco pascue iuxta fluēta plenissima. Tu esto exultatio nostra qui es spes nostra: salus atqꝫ redemptio: Tu esto nostrū gaudiū qui es futurus premiū: te semper querit anima mea: ꝛ tu pstā vt querēdo nō deficiat

De miseria anime que dominū nostruꝫ iesuꝫ christū nō amat: nec querit

Eh misere aīe que christū nō querit nec amat: arida manet ꝛ misera. Perdit quod viuit qui deuꝫ non diligit. Qui curat viuere nisi ꝓpter te domine: nihil est et pro nihilo est. Qui tibi viuere recusat mortuꝰ ē. Qui tibi nō sapit dsipit: Misericordissime tibi me ɔmēdo: reddo: ꝛ concedo: per queꝫ suꝫ: viuo ꝛ sapio. In te confido: spero: et totā speꝫ meaꝫ pono, per queꝫ resurgaꝫ: viuaꝫ ꝛ requiescaꝫ. Te cupio: diligo ꝛ adoro: cuꝫ quo manebo regnabo et beatus ero. Anima que te nō querit nec diligit: mundū diligit: et peccatis seruit: et vitiis subiecta est. nunquaꝫ quieta: nunquaꝫ secura est. Famuletur tibi semper mens mea piissime: suspiret tibi semper peregrinatio mea: ardeat in amore tuo cor meuꝫ: requiescat in te deus meus aīa mea: contēpletur te in mentis excessu: cāret laudes tuas in iubilatione: et hec sit in hoc exilio meo consolatio mea. Confugiat mens mea sub vmbra alarum tuaruꝫ ab estibus cogitationuꝫ seculi huius. Repauset in te cor meum cor mare magnuꝫ tumens fluctibus O diues omniuꝫ bonaruꝫ dapuꝫ: superne satietatis opulentissime largitor deus, da lasso cibū: collige dispersūꝫ libera captiuū et redintegra scissuꝫ. En stat ad ostium et pulsat. Obsecro mi per viscera misericordie tue quibus visitasti nos oriens ex alto: iube pulsanti misero aperiri: vt liberis gressibus ingrediatur ad te: et requiescat in te: et reficiatur de te pane celesti. Tu eniꝫ es panis et fons vite: tu lumen claritatis eterne. tu omnia ex quibus viuunt recti qui diligunt te.

De desiderio anime.

Eus lumen cordiū te videntiuꝫ et vita animarū te amātiuꝫ: et virtus cogitationuꝫ te querētiuꝫ: da vt sancto tuo amori inhereā Ueni ergo in cor meuꝫ et ab vbertate voluptatis tue iebria illud vt obliuiscar ista tēporalia. Pudet ac piget me talia pati qualia mūdus iste agit Triste est mihi quod video: graue est omne qđ de trāsitoriis audio: adiuua me domine deus meus: da letitiaꝫ in corde meo: veni ad me vt videaꝫ te. Sed angusta est mihi domus anime mee: quousqꝫ venias ad eaꝫ et dilatetur a te. Ruinosa est refice eaꝫ. habet que offendant oculos tuos: fateor et scio: sed quis mundabit eaꝫ? Aut cui alteri preter te clamabo? Ab ocultis

meis mūda me dñe: et ab alienis par/
ce seruo tuo. Fac me dulcis christe bo/
ne iesu fac me rogo: amore et desiderio
tuo deponere onus carnaliū desiderio
rū: et terrenaꝝ cōcupiscētiaꝝ. Dñetur
carni aīa: aīe ratio. ratiōi gratia tua:
et tue me interius et exterius subde volun
tati. Tribue mihi vt laudet te cor me
um: et lingua mea et oīa ossa mea. Dilata
mētē meā et attolle ītuitū cordis mei
vt vł rapida cogitatiōe spiritus meus at
tingat te eternā sapiētiā sup oīa manētē:
Dissolue me oro a vīculis qbus ostrictus
teneor. vt relinquēs oīa ista tibi festinē
tibi soli inhereā tibi soli itēdā. De fe
licitate aīe a freno carcere reuolute.

Felix aīa q̄ terreno resoluta
carcere libera celū petit. q̄ te
dulcissimū dñm facie ad faci
em cernit. q̄ nullo metu mortis afficit
sed de icorruptiōe perpetue glorie le
tatur. Trāquilla est et secura: nō timet
hostē: nō mortē. Habet iā te piū dñm
quē diu q̄siuit: sēperq̄ amauit hymni
dicis sociata choris. mellifllua perpe/
tue festiuitatis carmīa ad laudez glie
tue: rex christe bone iesu i eternū con
cinit. Inebriat enī ab vbertate domus
tue et torrēte voluptatis tue potas eā
Felix societas supernoꝝ ciuiū: et glo/
riosa solēnitas oīuz ad te redeūtiū: ab
huius nr̄e pegrinatiōis tristi labore ad
amenitatē pulchritudīs: ad formosita
tē totius splēdoris: atq̄ dignitatē totius
elegātie vbi te iugit dñe tui ciues cer
nūt. Nihil oīno q̄ oturbz mētē ibi au
ribus audire dat. Que cātica: q̄ orga/
na q̄ cātilene: q̄ melodie ibi sine fine
decātant? Sonāt semp mellifllua hym
noꝝ organa suauissīa āgeloꝝ melodia
cātica cāticoꝝ mira q̄ ad laudē et glo
riā tuā a supernis ciuibus decātantur.
Amaritudo et oīs fellis asperitas i re
gione tua locū nō habēt. Non enī ē ibi
malignus neq3 malicia: nō est aduersa
rius et īpugnās: nec vlla peccati illece/
bra: nulla ē ibi īdigētia: dedecus nullū:
nulla dubietas: nulla violētia: nulla
discordia: sz est ibi pax sūma: charitas
plena: iubilatio et laus dei eterna: sine
fine secura reqes: et gaudiū sēper i spi
ritu sācto. O q̄ fortunatus ero si audi
uero iocūdissimas ciuiū tuoꝝ cantile
nas: carmina mellifllua: laudes sūme
trinitatis debito honore ꝓmētia. sed
nimiū felix si ego ipse meruero cātare
canticū dño iesu christo de dulcibus
canticis syon. De gaudio paradisi.

Uita vitalis: vita sēpiterna:
et sēpiterne beata: vbi gaudi
uz sine merore: reqes sine la
bore. dignitas sine tremore. opes sine
amissiōe: sanitas sine lāgore. abūdan
tia sine defectōe: vita sine morte: per
petuitas sine corruptiōe. btitudo sine
calamitate: vbi oīa bona i charitate p
fecta. vbi spes et visio facie ad faciez:
vbi plena sciētia i oibus et p oīa: vbi sū
ma dei deitas cernit: et lumen illumi
nās a sāctis glorificat: vbi p̄sens maie
stas dei conspicit: et hoc vite cibo sine
defectu mens ituētiū satiat. Uidēt sē
per et videre desiderāt: sine āxietate
desiderāt et sine fastidio satiātur: vbi
verus sol iusticie: mira sue pulchritudi
nis visiōe oēs reficit: et ita vniuersos
celestis patrie ciues illuminat: vt lu/
ceat ibi lumē videlicet illuminatū p
diuinū lumē: illuminās vltra oēm so
lis nr̄i splēdorē. atq3 cūctaꝝ stellarū
claritatē. imortali adherētes deitati
ac phoc imortales et icorruptibiles
facti iuxta ꝓmissionez dñi saluatoris
Pater quos dedisti mihi volo vt vbi
ego sū et illi sint mecū. vt videāt clari
tatē meā: et oēs vnū sint sicut tu pater

in me ⁊ ego in te:⁊ ipsi in nobis vnuȝ sint. De regno celoruȝ.

Regnū celoꝝ:regnū felicissimū regnū carens morte ⁊ vacās fine:cui nulla tēpora succedūt ꝑ euū:vbi continuꝰ sine nocte dies nescit habere tēpꝰ:vbi victor miles donis ineffabilibꝰ cumulat̄: nobile ꝑpetua caput ā plectēte corona: Utinā repromissa peccatoꝝ mole me vltimū seruoꝝ christi iuberet diuina pietas hāc carnis sarcinā deponere: vt ī tue ciuitatis gaudia eterna repausandū seu represētādū trāsirē:sāctissimis supnoꝝ choris īteresse: cū btissimis spiritibꝰ glorie cōditoris assisterē presentē dei vultū cernerē:nullo mortis metu tāgerer:de ꝑpetue īmortalitatis icorruptiōe securꝰ gauderē:⁊ scienti oīa cōiunctus:omneȝ ignorantie cecitatē amittereȝ:terrena cūcta paruipēdereȝ:cōualleȝ lachrymaꝝ istarū intueri vel reminisci vlterius non dignarer:vbi vita laboriosa:vita corruptibilis vita omni amaritudine plena vita dn̄a maloꝝ:ancilla īfernoꝝ:quā humores tumidant:dolores extenuāt ardores exiccāt:⁊ aera morbidāt:esce īflāt:ieiunia macerāt ioci soluūt:tristitie consumunt:sollicitudo coartat:securitas hebetat:diuitie iactāt:paupertas deijcit:iuuentꝰ extollit: senectus īcuruat:īfirmitas frāgit:meror deprimit:diabolus īsidiat̄: mūdus adulat̄: caro delectat̄:aīa excecat̄:totꝰ homo cōturbat̄:⁊ ī iis tātis malis mors furibūda succedit:vanisq̄ȝ gaudiis ita fineȝ imponit:vt cuȝ esse desierint nec fuisse putentur. Post nimios ploratus mestam animaȝ consolat̄ deus.

Ed quas laudes quasue gratiaꝝ actiones tibi referre valeamus deus noster:qui nos etiaȝ inter has tantas mortalitatis nostre erūnas non desinis cōsolari mira visitatione gratie tue. Ecce me miserū multis merorībꝰ plenuȝ:dum vite mee timeo. dū peccata mea cōsidero: duȝ iudiciū formidor:dū mortis horā cogito:dū supplicia tartari horreo:dū opera mea q̄ discretiōe ⁊ discussione a te pensentur ignoro:dum quo fine illa clausurus siȝ penitꝰ nescio: dūq̄ȝ hec ⁊ alia multa mecuȝ sub corde retracto:cōsolaturus adeo solita pietate domine deꝰ:⁊ inter has querelas. nimiosque ploratꝰ ac profūda cordis suspiria:assumis mestā ⁊ āxiā mētem super alta iuga mōtiū:ad areolas vsque aromatū ⁊ collocas me ī locō pascue secus riuulos dulciuȝ aquaruȝ: vbi preparas in cōspectu tuo mensaȝ multiplicis apparatꝰ: que fatigatum spiritum repauset: ⁊ cor triste letificȝ quibus tādē refocillatus deliciis multaruȝ miseriarum meaꝝ:oblitus ⁊ leuatus super altitudineȝ terre in te vera pace quiesco. De dulcedine diuini amoris. Capitulum.iiii.

Mo te deus meus amo te: ⁊ magis atque magis amare volo da mihi domine deus meus speciose pre filiis hominuȝ vt desidereȝ te: vt amem te:quantuȝ volo ⁊ quantum debeo. Immensus es ⁊ sine mensura debes amari:presertim a nobis quos sic amasti:sic saluasti:pro quibus talia ⁊ tanta fecisti. O amor q̄ sēper ardes ⁊ nunq̄ȝ extīgueris:dulcis christe ⁊ bone iesu: charitas deus meus:accende me totū igne tuo:amore tuo:dulcedine tua: dilectione tua: desiderio tuo:tua charitate iocunditate ⁊ exultatione tua:pietate ⁊ suauitate tua: voluptate ⁊ cōcupiscentia tua que sancta est ⁊ bona:que casta est ⁊

mūda: vt totus dulcedine amoris tui
plen⁹: tot⁹ flāma tue charitatis uapo
rat⁹ diligā te dn̄z meū dulcissimū ⁊ pul
cherrimū ex toto corde meo: ex tota
aīa mea: ex totis uisceribus meis: et
mitate sunt: qui putari poterant fastu & supbia seculari a fidei xpiane humilitate abhorrere: proinde dicēs. Hoc enim bonum est coram saluatore nostro deo. i. ut etiā pro talibus oretur Stati ut desperationē tolleret addidit. Qui oēs hoīes vult saluos fieri & ad agnitionē veritatis veīre. Hoc quippe deus bonum iudicauit: ut orationibus humilium dignaretur salutē prestare sublimium. Quod utique etiam videmus impletum. Isto locutionis modo et dominus ē vsus ī euāgelio vbi ait phariseis. Decimatis mētam et rutam et omne olus. Neque enim pharisei et quicunque alienigena & omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabāt Sicut ergo hic omne olus omne olerū genus: ita & illic omnes homines omne hominum genus intelligere possumus. Et quocūq alio mō intelligi potest: dum tamen credere non cogamur aliquid omnipotentem deum voluisse fieri factūq non esse. Qui sine vllis ambiguitatibus: si in celo & in terra: sicut eum veritas canit: oīa quecūq voluit fecit: profecto facere noluit qđcūq non fecit.

Quod prescius deus pmum hominem peccaturum predestinauit benefacere de malo eius. Cap. ciii.

Quapropter etiam primum hominem deus in ea salute ī qua conditus: erat si custodire voluisset: eumq opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere: vbi iam non sol peccatum committere: sꝫ nec voluntatem posset habere peccnadi: sed ad permanendum sine peccato: sicut factus erat: perpetuam volūtatem etiam habiturum: presciisset: Quia vero eum male vsurum libero arbitrio: hoc est peccaturum esse presciebat: ad hoc potius preparauit voluntatē suam: vt bene ipse faceret etiam de malefaciente. Ac sic hominis voluntas mala non euacuaretur sed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

Qualem oportuit prius hoīem fieri vł q̄lis postea futurꝰ sit. Cap. ciiii.

Sic enim oportebat prius hominem fieri: vt & bene velle possꝫ & male: postea vero sic erit vt male velle n̄ possit. Nec libero ideo carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium: quod omnino non poterit seruire peccato. Neq enim culpanda est voluntas: aut voluntas non est: aut libera dicēda nō est: qua beati eē sic volumus vt esse miseri non solum nolimꝰ sed nequaq prorsus velle possimus. Sicut ergo nunc etiam anima nostra nolle infelicitatem: ita nolle iniqtatem semper habitura est. Sꝫ ordo preter mittendus non fuit in quo deus voluit ostendere q bonum sit animal rationale. qđ etiam peccare possit q̄uis sit melius q peccare non possit.

De immortalitate quam perdidit homo per liberum arbitrium: & quam est accepturus per gratiā. Cap. cv.

Sic minor fuit immortalitas: sed tamen fuit: in qua potuit etiam non mori: q̄uis maior futura sit: in qua non possit mori. Illā natura perdidit per liberum arbitriū hanc est acceptura per gratiam: quā fuerat: si non peccassꝫ: acceptura per meritū: q̄uis sine gr̄a nec tūc illū meritū eē potuissꝫ. Quia & si pctm̄ ī solo erat libero arbitrio cōstitutū: nō tn̄ iusticie retinēde sufficiebat liberū arbitrium: nisi participatione īmutabilis

boni diuinum adiutorium preberetur Sicut enim mori est in hominis potestate cum velit: nemo est enim qui nō seipsum vt nihil aliud dicam: vel non vescendo possit occidere: ad vitā vo tenendam voluntas satis non est: si adiutoria siue alimētorum: siue quorū que tutaminum desint. sic homo in paradiso ad se occidendum relinquendo iusticiam idoneus erat per voluntatem: vt autem ab eo teneretur vita iusticie parum erat velle: nisi ille qui eū fecerat adiuuaret. Sed post illam ruinam maior est misericordia dei. qn̄ et ipsum liberum arbitrium liberandum est a seruitute: cui dominatur cū morte peccatum. Nec omnino per seipsum: sed per solam dei gratiam: que in fide christi posita est: liberatur. Ut voluntas ipsa: sicut scriptum est: a domino preparetur: qua cetera dī munera capiantur per que veniatur et ad mun⁹ eternum. Qr gratia dei sit vita eterna secundum aplm: stipendium vero peccati mors: et que primus homo suam potius q̄ dei faciens voluntatē de ipso facta sit volūtas dei. c. vi.

Unde et ipsam vitam eternam q̄ certe merces est operum bonorum: gratiam dei appellat apl's. Stipendium enim igitur peccati mors est: gratia autem dei vita eterna i xpo ihu dn̄o nr̄o. Stipendium pro ope militie debitū redditur: nō donatur: ideo dixit: stipēdiū pec̄i mors: vt mortē pcc̄o nō imerito illatam: sed debitam demonstraret. Gratia vero nisi gratis ē gratia nō ē. Intelligēdū ē igitur tē ipa hoīs bona merita eē dī munera qb⁹ cū vita eterna redditur: qd nisi gratia pro gr̄a reddit. Sic ergo fc̄us est homo rectus: vt et manere in ea rectitudine posset: non sine adiutorio diuino: et suo fieri peruersus arbitrio. vtrumlibet horum elegisset: dei voluntas fieret: aut etiam ab illa aut certe de illo preuaricāte. Proinde qr suam maluit facere q̄ dei. de illo fc̄a est voluntas dei: qui ex eadem massa perditionis: que de illius stirpe pfluxit: facit aliud vas in honorem aliud incōtumeliā. In honorem p misericordiam in contumeliam p iudicium: vt nemo glorietur in homine: ac per hoc nec in se. Per qualem mediatorem reconciliari oportebat genus humanum deo. Cap. c vii.

Nam neq̄ p ipsum liberaremur vnum mediatorem dī et hoīum hominem xp̄m ihm nisi eēt et deus. Sed cum factus est adam hō s. rectus: mediatore non opus erat. Cum vero genus humanum peccata separauerunt a deo: p mediatorem q solus sine pcc̄ō nat⁹: vixit et occisus ē: recōciliari nos oportebat dō: vsq̄ ad carnis resurrectiōem i vitā et̄nā. vt et hūana supbia p hūilitatē dī argueret ac sanaret: et dm̄ōstraret hōi q̄ lōge a deo recesserat: cū p icarnatū deū reuocaret: et p deū hoiem exēplū obediētie ɔtumaci hōi pberet: vt p vnigenitū suscipiētē formā s̄ui: q nihil ante meruerat: fons gr̄e ipāderet: et carnis etiā i resurrectiōem redēptis pmissa i ipo redēptore pmōstraret: ac p eādem nām: quā se decepisse letabat: diabol⁹ vinceret: Nec tn̄ hō gl'iaret: ne iterum supbia nasceret. Et si qd de tāto mediatoris sacramēto a pficiētib⁹ vidēi et dici pōt: aut tm̄ videri: et si dici nō pōt. Qualiter se habeāt aīe defunctorum añ vltimā resurrectiōem. c viii

Temp⁹ aūt qd int̄ hoies mortē et vltimā resurrectionē int̄ positū ē: aīas abditis r̄ceptacul' ɔtinet

quod prosit defunctis si pro eis deo sacrificium offeratur: sicut vnaqueque digna est vel requie vel erumna pro eo quod sortita est in carne dum viueret.

De sacrificijs et elemosynis que pro baptizatis defunctis offeruntur. cix.

Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari: cum pro illis sacrificium mediatoris offertur: vel elemosyne in ecclesia fiunt. Sed eis hec prosunt: qui cum viuerent vt hec sibi postea prodesse possent meruerunt. Est enim quidam viuendi modus: nec tam bonus: vt non requirat ista post mortem. nec tam malus: vt ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono vt ista non requirat. et est rursus talis in malo: vt nec his valeat cum hec vita transierit adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur: quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem se speret quod hic neglexit. cum obierit deum promereri. Non igitur ista que pro defunctis commendandis frequentat ecclesia: illi apostolice sunt aduersa sententie: qua dictum est. Omnes enim astabimus ante tribunal christi vt referat vnusquisque secundum ea que per corpus gessit: siue bonum siue malum. Quia etiam hoc meritum sibi quisque dum in corpore viueret comparauit: vt ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt: nisi ob differentiam vite: quam quisque gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris: siue quarumcunque elemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis propitiationes sunt. pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum: qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt: aut ad hoc prosunt vt sit plena remissio: aut certe vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Quos fines habiture sint bonorum malorumque due ciuitates post resurrectionem. Capitulum. cx.

Post resurrectionem vero facto vniuerso completoque iudicio: suos fines habebunt ciuitates due. vna christi. altera diaboli: vna bonorum: altera malorum. vtraque tamen et angelorum et hominum. Istis voluntas: illis facultas non poterit vlla esse peccandi: vel vlla conditio moriendi. Istis in eterna vita vere feliciterque viuentibus: illis infeliciter in eterna nocte sine moriendi potestate durantibus: quoniam vtrique sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio prestabilius. in miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt.

De his qui humana miseratione commoti non credunt eternas esse penas impiorum. Capitulum. cxi.

Frustra itaque nonnulli immo quamplurimi: et eternam damnatorum penam: et cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu: atque ita futurum non credunt. Non quidem scripturis aduersando diuinis: sed pro suo motu dura queque molliendo: et in leniorem flectendo sententiam: que putant in eis terribilius esse dicta quam verius. Non enim obliuiscetur inquiunt misereri deus: aut continebit in ira misericordias suas. Hoc quippe in psalmo legitur sancto. Sed de his sine vllo scrupulo intelligitur: qui vasa misericordie nuncupantur. Quia et ipsi non pro meritis suis: sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant

pertinere. non ideo necesse est vt da/mnationem opinetur posse finiri eo/rum de quibus dictū ē. Et ibūt hi in suppliciuз eternum: ne isto mō puteт habitura finem: quandoqз felicitas etiam illoꝝ: de quibus ecōtrario di/ctum est. Justi autem ī vitam eternā. Sed penas damnatorum certis tem porū interuallis existimēt: si hoc eis placet: aliquatenus mitigari. Etiā sic qppe ītelligi potest manere ī illis ira dei: hoc est ipsa dānatio. Hec enī vo/catur ira dei: non diuini animi ptur/batio: vt ī ira sua. hoc est manēte ira sua: non tamen contineat miseratio/nes suas: non eterno supplicio finem dando: sed leuamen adhibendo vel interponēdo cruciatibus. Quia nec psalmus ait ad finiendam iram suaз vel post iram suam: sed in ira sua: que si sola esset quanta ibi minima cogi/tari potest: perire a regno dei: exula/re a ciuitate dei: alienari a vita dī: ca rere tam magna multitudine dulce/dinis dei: quam abscondit timētibus se: perfecit autem sperantibus in se. tam grandis est pena: vt ei nulla pos/sint tormēta comparari que nouim⁹: si illa sit eterna: ista autem sint q̄tūli/bet multis seclis lōga.

Qꝫ ppetua sit pena dānatoꝝ q̄uis diuersa q̄lita te factorū: sicut ꝛ iustoꝝ beatitudo meritis iter se differt. Capl'm. cxij.

Manebit ergo sine fine mors illa perpetua damnatorum: idest alienatio a vita dei. Et omnibus ipa communis q̄tūlibet ho mines de varietate penarum: de do/lorū releuatione vel intermissione p suis humanis motibus suspicentur: si cut manebit communiter omniuз vi/ta eterna sanctorum q̄tūlibet bono/noꝝ distantia concorditer fulgeant:

Qualis ex cōfessione fidei nascat spes fidelium: ne quis in seipso spem habeat. Capitulum. cxiij.

Ex ista fidei confessione que breuiter symbolo contine/tur hec carnaliter cogitata lac ē par uulorum. Spiritualiter autem consi derata atqз tractata cibus ē fortiuз: nascitur spes bona fidelium: cui cari/tas sancta comitatur. Sed de his oī/bus que fideliter sunt credēda ea tm̄ ad spem ptinent: que in orōne dñica continentur. Maledict⁹ est eniз oīs: sicut diuina testantur eloquia: q spez ponit ī hoīe. ac per hoc ꝛ in semetipo qui spez ponit huius maledicti vincu lo innectitur. Jō nō nisi a domino dō petere debem⁹ qcquid speram⁹ nos: vel bene opaturos vel p bonis ope/ribus adepturos.

Quomō dominica oratio septem petitiones conti/neat apđ euāgelistā matthē. C. cxiiij.

Proinde apud euangelistam mattheū septē petitiones cō tinere dñica videt oratio: q̄/rū in trib⁹ eterna poscūtur: ī reliquis quatuor tēporalia: que tamen pter eterna consequenda sunt necessaria. Nam qđ dicim⁹: sctificet nomen tuū: adueniat regnum tuū: fiat voluntas tua: sicut ī celo et in terra: qđ non ab surde qdā intellexerunt ī spū ꝛ corpo re omnino retinenda sūt sine fine. Et hic incohata q̄tūcūqз pficim⁹ augen tur ī nobis: perfecta vero: quod ī alia vita sperandū est. semper possidebū tur. Quod vero dicim⁹. panem nr̄m quottidianū da nobis hodie. et dimit te nobis debita nostra. sicut ꝛ nos di mittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. et ne nos īdu cas ī tētationē. sз libera nos a malo. qs nō videat ad presentis vite īdigē/tiā pertinere? Jn illa itaqз vita etna

vbi nos semp speramus futuros: et nominis dei sanctificatio: et regnum eius ⁊ voluntas eius ī nostro spiritu et corpore perfecte atq3 immortaliter pmanebūt. Panis vero quotidianus ideo dict⁹ ē: q2 hic ē necessarius q̄ntus aīe carniq3 tribuēdus est: siue spiritualiter siue carnaliter: siue vtroq3 ītelligat̄ mō. Hic est ēt quā poscimus remissio: vbi ē oīs cōmissio peccatoꝝ. Hic tētationes q̄ nos ad peccandū vł alliciūt vel īpellūt. Hic ōniq3 malū vñ cupim⁹ liberari. Illic aūt nihil est istoꝝ.

De qnq3 petitionibus apud lucā euāgelistā a mattheo non discrepantibus. Capitulū. cxv.

Euangelista vero lucas ī orōne dñica petitiones qnq3 nō septē ɔplexus ē. Nec ab isto vtiq3 discepauit: s3 quēadmodu3 ista septem sint intelligenda: ipa sua breuitate cōmonuit. Nomē qppe dī sanctificat̄ in spū: dei aūt regnū ī carnis resurrectione vēturū. Ostēdēs ergo lucas tertiā petitionē duarū supiorū eē quodāmō repetitionē: magis eam ptermittēdo fecit ītelligi. Deīde tres alias adiūgit. de pane quotidiano: d̄ remissione peccatorum: de tētatiōe. At vero qđ ille vltimo posuit: sed libera nos a malo: iste nō posuit: vt ītelligeremus ad illud superi⁹ qđ de tētatione dcm̄ ē ptinere. Jđ qppe ait: s3 libera. ñ ait. ēt libera. tāq̄3 vnā petitionem eē demonstrās. Noli hoc: s3 hoc vt sciat vnusq̄sq3 ī eo se liberari a malo quod nō infert̄ ī tētationē.

De excellētia caritatis: sine qua etiā qui recte credit ac sperat non pōt ad beatitudinem peruenire. cxvi.

Jam porro caritas quā duabus istis: idest fide ac spe maiorē dixit apl's: q̄nto ī quocūq3 maior ē: tāto melior est ī quo ē. Cū enī q̄rit̄ vtrū q̄sq3 sit bō bon⁹: non q̄ritur quid credat aut speret: sed qd amet. Nā q recte amat: pculdubio recte credit ⁊ sperat. Qui vero nō amat. inanit̄ credit: etiā si sint vera q̄ credit. Jnaniter spat ēt si ad verā felicitate3 doceant̄ ptinere q̄ spat: nisi ⁊ h̄ credat ac spet: q̄ sibi petēti possit donari vt amet. Quāuis enī spare sine amore nō possit: fieri tñ pōt vt id nō amet: sine quo ad id qđ sperat nō pōt puenire. Tāq̄ si speret vitā eternā quā amat: et ñ amet iusticiā: sine q̄ nemo ad illā puenit. Jpa ē aūt fides xp̄i: quā cōmēdat apl's q̄ p dilectionē opat̄. Et quod in dilectione nō habet: petit vt accipiat: q̄rit vt īueniat. pulsat vt apiat̄ ei. Fides nāq3 īpetrat qđ lex īperat. Nam sine dei dono. i. spū scō p quē diffūditur caritas ī cordib⁹ nr̄is: iubere lex pōt: non adiuuare: ⁊ p̄uaricatorē īsuper facere: q de ignorantia se excusare non possit. Regnat enī carnał cupiditas vbi nō est caritas dī.

De q̄tuor differētijs hoīs: quez d̄s grā sua de tenebris ignorātie ad se vocare dignatur. quibus dei quoq3 populus ordinatus dicit̄. Capłm. cxvii.

Sed cū ī altissimis ignorantie tenebris nulla resistēte rōne viuit̄ ꝫm carnē hec sunt prima hominis. Deide cu3 p legē cognitio fuerit facta pcci: si ñ diuinit⁹ adiuuet' spūs: ꝫm legē volēs viuere vincit̄: Et sciēs peccat: peccatoq3 subdit⁹ seruit. A q̄ enī q̄s deuictus ē: huic ⁊ seruus addictus ē. Jd agēte sciētia mandati: vt pccm̄ operetur ī hoīem cōcupiscētiā cum1o p̄uaricatiōis adiecto: atq3 ita qđ scriptū ē īpletur. Lex subintrauit vt abūdaret delictum. Hec sūt secūda hominis. Si aūt respexerit deus

vt ad impléda q̄ mādat ip̄e adiuua/
re credatur: ⁊ agi homo cepit dī sp̄ū:
cōcupiscit aduersus carnē fortiore ro
bore caritatis: vt q̄uis sit adhuc qđ
hoī repugnet ex hoīe: nōdū tota īfir/
mitate sanata: ex fide tñ iustus viuat
iusteqȝ viuat inq̄tum non cedit male
concupiscētie vincente delectatione
iusticie. Hec sunt tertia bone spei ho
minis. In qbus si pia p̄seuerātia q̄sqȝ
p̄ficiat: postrema pars restat: q̄ post
hanc vitā i rege sp̄ūs: deīde ī resurre/
ctione etiam carnis iplebiẗ. Harum
quatuor differētiarū prima ē ante le
gez. secunda sub lege. tertia sub gr̄a.
quarta in pace plena atqȝ perfecta.
Sic ē et dei populus ordinatus per
tempoꝝ interualla: sicut deo placuit
q in mensura ⁊ numero ⁊ pōdere cū/
cta disponit. Nam fuit primitus ante
legē: deīde secūdo sub lege: que per
moysen data ē. tertio sub gratia q̄ re/
uelata est p̄ primū mediatoris aduen
tum. Que quidem gr̄a nec ante d̄fu/
it qbus impartiri eam oportuit: q̄uis
p̄ tēporis dispositione velata et oc/
culta. Neqȝ enim antiquorum qcun
qȝ iustoꝝ p̄ter christi fidē salutē potu
it inuenire. At vero nisi et ab illis co/
gnitus fuisset: non potuisset nobis p̄
eoꝝ ministeriū alias aptius: alias oc
cultius prophetari. Ex in qualibet
istarū q̄tuor: velut etatū gr̄a rege/
nerationis hoīem īuenerit: ibi remit
tuntur cūcta pecc̄a: ⁊ q̄ qbusdam gra
tia tribuat: vt omnino sub lege non
seruiat Capitulum. cxviij.

In quacūqȝ autem quatuor
istarū velut etatum singulo/
rū quecūqȝ hoīuȝ gr̄a regeneratiōis
īuenerit: ibi ei remittūtur preterita
vniuersa peccata: et reat⁹ ille nascē
do contractus: renascēdo dissoluitur
Tāqȝ multum valet q̄ sp̄ūs vbi vult
spirat: vt qdā secūdū illā seruitutem
sub lege non nouerint: sed cum man/
dato incipiant adiutorium habere di
uinum. Nō obesse his qui p̄ bapti
smum iam regenerati sūt et mūdati:
nec dum capaces si mox ex hac vita
discedūt: dūḱȝ carnē viuerēt. cxix.

Nte q̄ possit autē homo ca
pax esse mādati: ḱm carnem
viuat necesse ē: sȝ si iā sacra/
mento regeneratiōis ībutus ē: nihil
ei mors oberit: si tūc ex hac vita mi/
grauerit. Quia iō christus mortuus
ē ⁊ resurrexit: vt et viuoꝝ et mortuo
rum dominetur. Nec tenebit regnū
mortis eū: p̄ quo mortu⁹ ē ille liber ī
mortuis. De caritate dei ⁊ p̄ximi:
ad quaȝ oīa p̄cepta referūtur: ⁊ d̄ q̄li
tate ei⁹ ī p̄sēti ⁊ ī futuro. cxx.

Mnia igitur precepta diui
na referūtur ad caritatem:
de qua dicit ap̄ls. Finis au
tem p̄cepti ē caritas de corde puro
et conscientia bona ⁊ fide non ficta.
Oīs itaqȝ p̄cepti finis ē caritas: idest
ad caritatē refertur oē p̄ceptū. Qđ
vero ita fit vel timore pene vł aliqua
tētatione carnali: vt non referat̄ ad
illā caritatē quā diffūdit spiritus san
ctus in cordibus nostris: nondum fit
quēadmodū fieri oportet: q̄uis fieri
videatur. Caritas q̄ppe ista dei est ⁊
p̄ximi. Et vtiqȝ ī his duob⁹ p̄ceptis
tota lex pēdet ⁊ p̄phete. Adde euan
geliū: adde ⁊ ap̄los. Non eni aliūde
vox ista est. Finis p̄cepti ē caritas: et
deus caritas est. Quecūqȝ ergo mā
dauit deus: ex quibus vnum est: non
mechaberis: et quecunqȝ non iuben
tur: sed spirituali consilio monentur:
ex qb⁹ vnū ē. bonuȝ ē hoī mulierē nō
tāgere. tūc recte fiūt cū referunt̄ ad

diligendum deum et proximum propter deum: et in hoc seculo et in futuro. Nunc deum per fidem: tunc per speciem: et ipsum proximum nunc per fidem. Nunc enim nescimus mortales corda mortalium: tunc autem illuminabit domin⁹ abscōdita tenebrarum et manifestabit cogitationes. Et tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. Quia id laudabitur et diligetur in proximuz a proximo: quod ne lateat ab ipso illuminabitur deo. Minuit autē cupiditas caritate crescēte donec veniat ad tantam magnitudinē qua maior esse non possit. Maiorez autem caritatem nemo habet: qꝫ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ibi autē quis explicet quāta caritas erit. vbi cupiditas: quā vel cohérēdo superet: nulla erit? Quam summa caritas erit: quando contentio mortis nulla erit?

Finis libri enchiridion.

Adsit aliquando huius voluminis finis: qd̄ ipse videris vtrum enchiridion vel appellare debeas vel habere. Ego tamen cum spernenda tua in christo iesu studia non putarez: bona de te credens in adiutorio redemptoris confidens ac sperans: teqꝫ in eius membris plurimum diligens: librum ad te sicut valui: vtinam tam commodum qꝫ prolixum: de fide: spe et caritate conscripsi.

Diui Augustini hipponensis episcopi de triplici habitaculo libellus feliciter incipit.

Tria sunt sub oīpotentis manu habitacula: primū: imum: medium: quorum summum regnum dei: vel regnum celorū dicitur. Imum vocatur infernus. Medium mundus presens: vel orbis terrarum appellatur. Quoꝝ extrema oīa sibi inuicem sunt contraria: et nulla sibi sotietate coniuncta. Que enim sotietas potest esse lucis ad tenebras? et christi ad belial? Medium autem nonnullam habet similitudinem ad extrema. Unde lucem et tenebras habet: frigus et calorem: dolorem et sanitatem: leticiam et merorem: odium et amorem: bonos et malos: iustos et iniustos: dominos et seruuos: regnuz et subiectionem: famem et satietatem mortem et vitam: et innumera huiusmodi. Quoꝝ omniuz pars vna imaginem habet regni dei: pars altera īferni. Comixtio nāqz simul bonorum et malorum in hoc mundo est. In regno autem dei nulli mali sunt. sed omnes boni. At in inferno nulli boni: sed omnes mali. Et vterqꝫ locus ex medio suppletur. Dominū enī huius mundi alij eleuantur ad celū: alij trahuntur ad īfernū. Siles quippe similibus iunguntur: idest boni bonis: et mali malis. Iusti homines iustis angel. et trāsgressores hoīes trāsgressorib⁹ āgel. Serui dī dō. Serui diaboli diabolo. Bn̄dicti vocātur ad regnū sibi paratū ab origine mundi. Maledicti expellunt in ignē eternuz: qui parat⁹ ē diabolo et angelis eius. Bona aūt regni celestis dicere: vel cogitare: vl intelligē: vt sūt: nullus pōt carne vestit⁹. Mlto. n. maiora et meliora sūt: qꝫ cogi

tantur: et intelliguntur: dum scriptū est. Quod oculus non vidit neqȝ auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que parauit deus diligētibus se. Regnū nāqȝ dī oī fama maiꝰ oī glīa q̄ putat excellētiꝰ. Mala aūt iferni dicere vel cogitare vt sūt: nemo pōt. Peiora qppe sūt valde q̄ȝ cogitātur Regnum itaqȝ dei plenum est lucis ꝛ pacis et caritatis: et sapientie ꝛ glorie ꝛ honestatis ꝛ dulcedinis ꝛ melodie: ꝛ leticie ꝛ beatitudinis. ꝛ omnis boni ineffabilis: quod nec dici nec cogitari potest. At lacus inferni plenꝰ ē tenebrarum: ꝛ discordie. odij. stultitie mifie turpitudinis. amaritudinis. offensionis. doloris. adustionis. sitis. famis. ignis inextīguibilis. tristitie. vindicte perēnis ꝛ omnis ineffabilis mali: quod nec dici nec cogitari potest. Ciues celi sunt iusti homines: ꝛ angeli: quorum rex est deus omnipotens. At contra. Ciues iferni sūt ipij hoīes ꝛ demōes: quoꝝ pīceps ē diabolus. Satiat iustos visio scōꝝ hoīum ꝛ angelorū: et super oīa ipsius dī. Cruciat ipios ꝛ peccatores visio hoīuȝ dānatoꝝ ꝛ demonū. ꝛ super oīa ipsiꝰ diaboli. Nihil in regno dei desideratur qd̄ non iueniat. at i inferno nihil iuenit qd̄ desiderat: nihil sentit neqȝ videt. In regno dei nihil iuenit nisi qd̄ placet ꝛ delectat ꝛ satiat. At cōtra i lacu miserie pēnis neqȝ videt: nihilqȝ sentit nisi quod displicet: nisi qd̄ offendit: nisi qd̄ cruciat. Oē bonū i regno dei abūdat: ꝛ nullū malū. Oē maluȝ abūdat i carcere diaboli: ꝛ nulluȝ bonū. Nullus idignꝰ i regno suscipit dī. Nullus ṽo dignꝰ: nullus iustꝰ ad ifernū trahitur. Pīcipalia duo sunt tormēta i iferno: frigus intollerabile. et calor ignis inextinguibilis. Unde in euangelio legitur. Illic erit fletus et stridor dētiū. Fletꝰ nāqȝ ꝛ liq̄factio oculoꝝ ex calore nascit. Stridor ṽo dētium ex frigore nascitur. Hinc etiam beatus iob. de aquis niuiū trāsibunt ad calorē nimiū. De quibꝰ duobꝰ innumera pēdent penarum genera: videlicet sitis intollerabilis. pena famis. pena fetoris. pena horroris. pena timoris. pena angustie. pena tenebrarum. seueritas tortoris. presentia demonum. ferocitas bestiaꝝ. crudelitas ministrātiū. laceratio imortalium vermiū. vermis cōscientie. ignite lachryme. suspiria. mifie. dolor sine remedio. vīcula sine solutiōe. mors eterna. pena sine fine. Absentia christi pꝰ visionē eiꝰ. q̄ sola oīa supradicta superat: ꝛ oībꝰ penis itollerabilior. Ue igitur illis perenne: q subire hec oīa mala ꝛ sine fine merētur pro delectabili vnius hore somnio. Tanta etenī et talis ē omnis huius mundi gloria ad eternam comparata gloriaȝ. Melius erat eis quod dictum est de infelice iuda non nasci. q̄ȝ malis suis meritis plagas inferni sustinere. Quid stultius: quid isanius est q̄ȝ vmbra et imagine: ꝛ similitudine vere glorie: et vere delectationis: vere pulchritudinis. veri decoris. veri honoris more infantiū accipi ꝛ superari. ꝛ ipsā verā gloriam non q̄rere: non desiderare? Quis imaginē auri in aqua: ipso auro neglecto eligeret: ꝛ nō statiȝ a cūctis fatuus ꝛ isanus crederet? Quis orbē solis in speculo redditū: vel i q̄libet materia formatum plus diligeret q̄ȝ ipsum solem: ꝛ nō ab omnibus

derideretur? Sic irridēdus. sic exti
mādus est: quisquis mundi huius ha
bens caducā fragilitatem ⁊ inutilem
carnis voluptatem diligit. querit: cō
tendit eterna gloria cōtēpta: ⁊ negle/
ctis regni celestis ieffabilibꝰ gaudijs.
hoc ꝯmercium insipientium valde ē.
et miserorū: ⁊ cor non habētium sa/
num: etiam si plage iferni non seque
rentur. que nec dici nec cogitari pos/
sunt. Duplex vero plaga est. abesse
regno dei ⁊ esse semper i iferno: idest
cum diabolo dānari. presentiaz amit
tere angelorum: ⁊ terribilem semper
pati demonum presentiam. Quantū
caueri. vitari. metui dēberet nullo mo
do dici potest. Quis cū sano sensu ꝑ
vnius diei delitijs: centum ānorum
penā eligeret? Et miseri tn̄ ⁊ sine vlla
sapiētia voluptatez carnis sequētes
non vitant. non effugiunt intolerabi/
les penas. non centum annorum. nō
milies mille: sed omnium sine fine se/
culorū pro quadraginta vel ꝑ sexagi
ta annorum delitijs vel qualibet cor
ruptibili delectatione. Quantuz au
tem est inter vnum diem ⁊ cētum an
nos: nō tantum vtiqz: sed plus inter
quadraginta vel sexaginta vel centū
annos et eternitatem: siue in bono si
ue in malo futuram. Unus enim di
es aliqua portio est centum annorū
spatio. quis modica valde. At vero
centum annorum spatium nulla por
tio est in illa eternitate. Si enim ver/
bigratia cētesima vel milesima pars
esset eternitatis: predictum eius spa
tium: post centuplum eius spatium:
vel miluplū eternitas eē desineret.
Et ideo nō sunt eternitatis: que si vl
lo modo: vllo tempore finiretur: eter
nitas omnino non esset. Fortiter er/
go carnali resistendum est voluptati.
fortiter contra fallaces huius mundi
blanditias pugnandum est. Contra/
qz multimodas sathane suggestiōes
vigilādum omni studio lata secli via
vitanda est, que ducit ad mortem. At
vero omni dēsiderio via angusta que
ducit ad vitam adeunda est et appe
tenda. Uia hec angusta est via absti/
nentie ⁊ caritatis: humilitatis ⁊ oīs
religionis: quam viam ante nos chri
stus attriuit: qua via ad suum regnū
migrauit. Cuiꝰ vestigia ⁊ nos sequa
mur: donec post eum eadem via ad
vrbē regiā ꝑueniamꝰ: in qua ipe re
gnat. De qua vrbe qcquid hō dixerit
quasi stilla de mari est: non quasi scin
tilla de foco. In q̄ videlicet vrbe ful
gebūt iusti sic sol: vt dn̄s ait. Ubi sū/
ma pax erit sūma qes: nullus labor
nullus dolor. nulla pauptas nec sene
ctꝰ: nulla mors: nec vlla nox: nulluz
cibi desideriū: nullū sitis icēdiū. Sz
cibi ⁊ potus omnium erit visio: christi
et sancte trinitatis: ⁊ contēplatio pu
ro cordis oculo ipsius diuinitatis et
assidua lectio: vt ita dicam: libri vite
idest eterne veritatis ⁊ summe sapiē
tie: et verbi dei quod ē xp̄i iesu visio
vbi quicquid nos nunc latet manife

stius erit. vbi ratio inde manifesta ē. Cur hic electus ē: et iste reprobat⁹? Cur hic in regnum assūptus ē: ⁊ ille i seruitutē redact⁹? Cur alius ī vtero moritur. alius ī īfantia: alius in iuuē tute. alius in senectute? Cur ali⁹ pauper ⁊ alius diues? Cur filius adulte re baptizatur ⁊ aliquando filius legitime coniugis moritur? Cur q bene incipit viuere aliquando male finit: ⁊ qui male incipit: sepe bene finitur. Hec oīa ⁊ huiusmodi multa in libro vite plana ⁊ aperta erunt. In eadem vrbe premium singulorum oīum: et singulorum per caritatē omniū erit. Ibi omnium bonum omnibus patebit. ibi omnes īuicem suas cogitatiōnes cognoscēt. Ibi nullus superbus superior erit. nullus inferior inuidus. Quomodo. n. qui omnes sicut seip̄m diliget alicui īuidere poterit: cum nemo sibiip̄si īuideat? Ibi nullus esse meli⁹ vel superius cōcupiscet ꝙ̄ erit: quia aliter esse ꝙ̄ quod meruit nō esset decorum: nec aliter esse desiderabit ꝙ̄ quod erit: quia ita esse vt erit: pulchrū erit: nō sibi solum: sed etiam vniuerso corpi ecclesie celestis. Quō enim membrum in corpore: si superi⁹ vel inferius ponatur aliter ꝙ̄ natura cōstituit monstruosum efficit corpus ⁊ turpe. Sic nimirum si aliquis in regno dei superius ordinetur ꝙ̄ postulat ars ⁊ voluntas omnipotentis artificis turpitudinem efficeret: ⁊ non solum sibimet: sed etiam omni congregationi: in qua qui erit minimus maiorē sine dubio habebit gloriam: ꝙ̄ totuȝ habens mundi regnum: etiam si eternum esset. Uile enim est valde elementis frui in comparatione fruendi: et gaudendi ipso deo: et visibilibus delectari: et gaudio quod nascitur: ex īuisibilibus et incorporeis: et ex societate angelorum et iustorum omnium: et ex certa scientia et cognitione ipsius diuine nature: et ex dei ipsius facie ad faciem visione: cuius pulchritudinem mirantur angeli: cuius imperio suscitātur mortui: cuius sapientie non est numerus: cuius regnum finem nescit. cuius gloria negat variari: cuius lux tam solem obscurat: vt eius comparatione nullaȝ habeat lucem. cuius dulcedo tam mel superat: vt ei comparatum velut absinthiū sit amarissimū. Cuius faciē si omnes carcere īferni inclusi viderēt: nullam penam: nullum dolorem nullamqȝ tristiciam sentirent. Cuius presensia si in inferno cum sanctis habitatorib⁹ appareret: Continuo īfernus in amenum conuerteretur paradisum. Cuius sine nutu nec folium de arbore cadit. Cuius oculus flammiuomi profundum penetrat inferni. Cuius auris tacitam cordis voceȝ audit: idest cogitationem. Cuius oculus non minus audit ꝙ̄ cuius auris. non minus videt ꝙ̄ quod audit: quia non corpus sunt: sed sūma sapiētia et certa cognitio: cui⁹ delitie sine fasti

dio satiāt: que cū a btīs inueniūtur: semp tñ desiderāt: ⁊ esuriē ⁊ sitiz sine pena efficiūt. i. ardenti sēp desiderio delectāt: cui⁹ secreta mirabilia vidē- tib⁹ ea semp noua ⁊ mirabilia: et non plus cū icipiūt videri pariūt stuporez cernētib⁹: q̄ȝ post mille ānos ⁊ milies mille. Et cū angeli ab initio mūdi ea soliti sint videre: inde hodie nō min⁹ mirant̄ ea q̄ȝ i pmo die: alioqn dudū coram angelis assiduo videndi vsu vi lescerent. Cuius cognitioni preterita ⁊ futura non preterita et futura: sed presentia sunt. Unde non diem iudi- cij videbit: ⁊ primum diem seculi nō vidit: sed vtrūq̄ȝ videt. Cuius pſcien- tia neminem cogit ad peccandum: vt multi errantes dicunt: si eniz iquiūt pſciuit adam peccatuꝝ esse: non pec- care non potuit. Ex quo errore nasci tur deū causaz esse peccati. quod ne fas est dicere: ⁊ illi cum suis verbis al ligantur. Si enim qđ prescientia dei habet necesse est fieri: ideo voluntate propria hō peccauit: ⁊ non alia neces- sitate: q₂ pſciētia dei fuit vt volūtate ⁊ libero arbitrio: ⁊ nō necessitate co- gente peccaret. Si ḡ pſcientia dei nō pōt vitari nō potuit deo aliter pecca re nisi volūtate: nulla alia vi cogēte: q₂ ita deus pſciuit peccatuꝝ. Si ḡ vo luntarie: non coactus est. Si enim nō coact⁹ est ad peccandum potuit sine dubio nō peccare si vellet. idq̄ȝ penā meruit. q₂ non inuitus peccauit: alio- qn a deo penam mortis non susciper- ret. Cuius locutio est occulta inspira tio: qua menti bus suam voluntatem ⁊ suam caritatē inuisibiliter ostendit: quam videndo angeli per omnia deo obediunt. Cuius laus est qua electos laudabit. Manifestatio qua suorum electorum bona omnibus monstra- bit: assidua animi laus qua electi euz laudabunt est admiratio eius peren- nis. Qui miro modo non tempore p̄- cessit mundum et tempus. Nullius enim hore spatio fuit ante mundum: ⁊ tamen semper erat sine initio. Non enim erat tempus ante tempus. Tē- pus autem cum mundo concreatum est. Si igit̄ tp̄s ab initio mundi cepit currere: ante mundum factum non erat. Ideoq̄ȝ nullo tempore: vt predi ximus: precessit deus tempora ⁊ mū- dum eis coeuum: immo paulo eis pri or est: eius eni motu ceperunt curre- re. Quicquid mouetur suum motum precedit. ineffabili eternitate preces- sit deus mundum: non tempore: cu- ius tempus ante mundum non erat Cui⁹ lux tenebras depellit ignorātie. Cuius aliqua particula: hec omnia que diximus vera ⁊ certa esse cogno scimus. Eadem luce melius esse ve- rum: q̄ȝ falsum videmus: et tamē pe- ius esse verum malum: vel verum peccatum q̄ȝ falsum malum vel falsū pecm̄: nō q₂ verum est: sed quia ma- lum vel peccatum: sed ideo malū vel peccatū est: q₂ veruz malum vel pec catuz ē: aliter. n. non posset esse malū vel peccatū. falsuz eni maluz non est maluz vt falsuz argētuz est: potest ali quis dicere a veritate malū vel pec catum exortuz esse: vel factuz: ⁊ quo dāmodo opus esse veritatis malū: qđ omnino falsum est. Omne enim inq̄ȝ tum verum bonum est. a veritate igi tur esse est verum: vt sit malum vel peccatum: non ipsum malum vel pec catum. aliud nāque est ipsum malum

aliud verum esse illud. Quamuis igitur ipsum malum bonum non est: bonum est tamen verum esse vt sit illud Nisi enim bonum esset esse malum. nullo mō sineret de⁹ illud fieri. Multa quippe bona ō malis omnipotens facit. vt de adulterio hominuz bonos format ꝛ facit homines. si vero quadā lucis particula quasi per angustas rimas infusa. ꝛ hec alia que nouimus vera esse cognoscimus. qualia ꝛ quā ta luce sapientie ꝛ scientie illic illustrabimur vbi ipsum solem veritatis facie ad faciem videbimus. idest certa. ꝛ vera sapientia cognoscemus. Cuius presentia similes ei facit presentes.

Qui enim vere sapientie vere pulchritudini vere eternitati adherebit sapiēs vtique ꝛ pulcher ꝛ eternus erit Sicut enim absentia eius dissimiles omnino ei facit cuius eternitas sine initio ꝛ sine fine est. Si enim esset tēpus quando non esset: quis eum faceret? Ipse est solus deus: ꝛ ante ipsum alius deus non erat: nec est: nec erit Non seipsum creauit: cum nihil seipsum creat. Qua enim potentia qui omnino non esset seipsum faceret? Restat igitur ꝙ omnino non est factus deus: Cum ergo nullo modo deus factus est: sine initio ante omnia erat. Quicquid enim factum est habet initium: quicquid initiuz habet sine dubio factum est: non ab alio: nisi a deo non facto: sed omnia faciente. Cuius scientia sine vlla varietate cognitionis: ꝛ sine vllo visu. huc ꝛ illuc inumerabilem varietatem omnium creaturarum angelorum hominum: stellarū harenarū capillorum verborum cogitationuz momentoruz omnium simul ꝛ semel comprehendit ꝛ intelligit. fons igitur ꝛ origo omnis scientie deus est. quomodo ꝙ̄to plus quis bibet tanto plus sitiet? Incomparabiliter ergo totius mundi regnum. vt supra diximus: ꝛ si eternum esset. precellit satietas angelorum ꝛ sanctorum: ꝛ presentie ipsius dei adesse visioni. In cuius visione trina scientia nascitur: idest homo qui cernit. ꝛ deus qui cernitur: ꝛ ceteri omnes omnia videbunt ꝛ intelligent. Sicut eniz per speculū vitreum trina nobis uisio administratur. quia nosipsos: ꝛ ipsum speculum: ꝛ quicquid est presens videm⁹ Sic per speculum diuine claritatis ꝛ ipsum deum vt est videbimus: ꝙ̄tum possibile est creature: ꝛ nos ipsos: ꝛ ceteros vera ꝛ certa scientia cognoscemus. Tunc abdita creaturaꝝ ꝛ ipsius inferni videndo deum videbimus Tunc iustis manifestum erit quomodo deus est inuisibilis incomparabilis: ꝛ sine initio: ꝛ sine fine ante omnia Quicquid interest inter nasci: qđ ad filiuz pertinet: ꝛ procedere: qđ ad spiritum sanctum. Et quomodo omnia dei vnum sunt in deo: excepto qđ ad relationem pertinet: Nam sapientia ꝛ veritas dei. ꝛ eternitas non diuersa sunt inter se: sed vnum sunt: sicut ꝛ omnia. Sapientia enim dei non magis sapiētia: ꝙ̄ veritas ē: Et nō magis veritas veritas est: ꝙ̄ sapientia: ꝙ̄ eternitas: ꝙ̄ cetera dei omnia. vnum enim sunt in deo. ꝛ non solum hec inter se eadem sunt in deo: sed non aliud sunt: ꝙ̄ ipse de⁹. Et quomodo mūdus erat in deo: ante ꝙ̄ in seipso esset non mundus: sed deus. Et quomodo vbique totus sine loco. Magnus sine ꝙ̄titate bonus sine qualitate. Et quomodo omnia penetrat munda ꝛ immunda sine sui pollutione: Si eniz lux ista visibilis omnia loca illustrat:

⁊ sterquilinia: ⁊ penetrat sine sui feto/re. ⁊ sine sui pollutiõe. Quanto magis de/us qui est invisibilis ⁊ icommutabilis lux omnia penetrat regit sustinet cir/cundat illustrat sine ulla mutatione vel pollutione: non solum celestia ⁊ terrestria: sed infernalia. Tunc erit electis dei trina visio idest corporalis qua corpora cernentur quorundam splendentia vt sol: quorundam vt lu/na. aliorum vt stelle: ⁊ spiritualis qua similitudines corporum in spiritu ve/ro fallaci fantasia inspicient qua vi/sione ⁊ hodie fruuntur spiritus iusto/rum post corporum claustra: Et visio intellectualis: qua puro mentis ocu/lo i spiritu deum videbunt: ⁊ suas ani/mas: ⁊ virtutes vltimas: ⁊ spiritus an/gelicos. Tunc duplices deo acturi sunt gratias videlicet pro sua libera/tione a perpetua damnatione: ⁊ pro beatorum ineffabili retributione.

Tunc cõmunis omnium reus ⁊ ho/stis diabolus in conspectu omnium electorum dei damnabitur. Cuius damnatio ⁊ intolerabilis pena dele/ctabile spectaculum prebebit electis Tunc ardentissimo amore liberato/rem suum ⁊ omnium bonorum dato/rem amabunt. ⁊ sine fine ⁊ fastidio cla/more cordis laudabunt deũ omnipo/tentem: benignum ⁊ misericordem Cui est honor ⁊ gloria ⁊ nunc ⁊ per omnia secula seculorum. Amen.

Diui Augustini episcopi hipponẽsis de triplici habitaculo liber explicit.

Eiusdem Diui Augustini Episco/pi Hipponensis Scale paradisi.

Cum die quadam corpora/li manuum labore occupa/tus de spiritualis hominis exercitio cogitare cepissẽ quatuor spirituales gradus animo co/gitanti se subito obtulerunt: scilicet le/ctio: meditatio: oratio: ⁊ cõtemplatio Hec est scala claustralium qua de ter/ra in celum subleuantur: gradibus di/stincta paucis: imense tamẽ ⁊ incredi/bilis magnitudis. Cuius extrema pars terra mixta est: superior vero nubes penetrat: ⁊ secreta aliorum rimatur. Hi gradus sicut nominibus ⁊ nume/ro sunt diversi: ita ordine ⁊ numero sunt distincti. Quoruz proprietates ⁊ officia quidem singula quid circa nos efficiant quomodo inter se inuicez dif/ferant ⁊ preemineant. siquis diligen/ter inspiciat quicquid laboris aut stu/dij impenderit in eis: breue reputabit ⁊ facile: pre vtilitatis ⁊ dulcedinis ma/gnitudine. Est autez lectio sedula scri/pturarum cum animi intentione in/spectio. Meditatio est studiosa men/tis actio: occulte veritatis noticiam ductu proprie rationis investigans. Oratio est devota cordis intentio in deum pro malis amouendis ⁊ bonis adipiscendis. Contemplatio est men/tis in deum quedam suspense eleva/tio: eterne dulcedinis gaudia degu/stans.

Descriptio officiorum quattuor graduum.

Assignatis ergo quatuor gra duum descriptionibus: restat vt earum officia videamus breue vite dulcedinem: Lectio inquirit meditatio inuenit: oratio postulat: contemplatio degustat. Unde ipse dominus dicit. Querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Querite legendo: et inuenietis meditando. Pulsate orando. et aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit. Meditatio masticat et frangit Oratio saporem acquirit. Contemplatio est ipsa dulcedo que iocundat et reficit: Lectio in cortice: meditatio in adipe. Oratio in desiderii postulatione. Contemplatio in adepte dulcedinis delectatione. Quod vt expressius videri possit vnum de multis supponam exemplum. In lectione audio. Beati mundo corpe quoniam ipsi deum videbunt. Ecce breue verbum sed suaue et multiplici sensu: Redeo super ad pastum anime. quasi vue ministralis quod postquam anima diligenter inspexit dicit intra se. potest aliquid boni esse: Redeo ad cor meum et temptabo si forte intelligere et inuenire potero mundiciam hanc. preciosa enim et desiderabilis est res ista cuius possessores dei dicuntur. Cui visio dei que est vita eterna promittitur: que tot sacre scripture testimoniis collaudatur Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans incipit hanc viam masticare et frangere: eamque in torculari ponit dum excitat rationem ad inquirendum an sit et quomodo haberi possit hec adeo preciosa et desiderabilis mundicia

Officium meditationis.

Accedens ergo sedula meditatio: non remanet extra: non habet aliquid in superficie alterius: pedem signat: interiora penetrat: singula rimatur: attente considerat quod non dixit. beati mundo corpore sed mente. quia non sufficit manus habere innoxias a malo opere: nisi et prauis cogitationibus mundemur in mente. Quod auctoritate prophete confirmatur dicentis. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde. Item considerat hanc cordis mundiciam quam optabat idem propheta qui orans inquit. Cor mundum crea in me deus. Cogita quam sollicitus erat in hac custodia beatus iob qui dicebat. Pepigi fedus cum oculis meis ne cogitarem quicquam de virgine. Ecce quantum arctabat se vir sanctus qui claudebat oculos suos ne videret vanitatem: ne forte incautus respiceret: quod postea intus desideraret. Postquam et huiusmodi de cordis mundicia pertractauit incipit tractare de eius premio. Quam gloriosum: et delectabile esse videre faciem desideratam domini: preciosa forma pre filiis hominum. Non iam abiectum et vilem non habentem speciem quam vestiuit eum mater sua: sed stola immortalitatis indutum et coronatum diademate quo co-

ronauit eum pater suus in die resur/
rectionis et glorie: diem quā fecit do
minus. Cogitat quod in illa visione erit
satietas illa de qua dicit propheta.
Satiabimur cum apparuerit gloria
tua. Videsne quantum liquoris ema
nauit ex minima vua: quantus ignis
ex hac scintilla ortus est. quam hec mo
dica massa. Beati mundo corde quo
niam ipsi deum videbunt. in eandem
meditationem extensa est. Sed quam
adhuc posset extendi si accederet
aliquis talia expertus. Sentio enim
quod puteus altus est: sed ego ad hec rudis
vas in quo pauca haurirem vix in/
ueni. His anima faucibus inflamma
ta: his mactata desiderijs: fracto ala/
bastro suauis vnguenti presentire in
cipit: non de gustu sed quasi narium
odoratu. Ex hoc colligit quam suaue est
huius meditatione sentire experien/
tiam cuius meditationez nouit a deo
esse iocundam. Sed quid faciet?
habendi desiderio exestuat: sed non i
uenit apud se quomodo habere possit
et quanto plus inquirit plus sitit dum
apponit meditationem: apponit et do
lorem: quia non sentit dulcedinē quā
in cordis mundicia meditatio esse mō
strat: sed non prestat. Non enim est le
gentis atque meditantis hanc sentire
dulcedinem nisi data fuerit desuper.
Legere enim et meditari tam bonis
quam malis commune est. Et ipsi physi/
ci gentium in quo sūma veri boni con
sisteret inuenerunt: ductu rationis:
Sed quia cum deum cognouissent
non sicut deum glorificauerunt: sed
de suis viribus presumentes dicebāt
Linguam nostram magnificabimus
labia nostra a nobis sunt: non merue
runt percipere quod potuerunt videre:
Euanuerunt in cogitationibus suis et
eorum sapientia deuorata est quā eis
contulerat humanum studium disci/
pline: non spiritus sapientie: qui solus
dat veraz sapientiaz sapidaz scilicet
scientiaz: que eniz alicui inest et inexti
mabilis sapor iocundat et reficit. Et
de illa dictū est. Sapientia non intra
uit in maliuolaz animaz. Hoc autem
a solo deo est et sicut officiuz baptizan
di dominus concessit multis: potesta
tez vero et auctoritatem in baptismo
remittendi peccata sibi soli retinuit.
Unde Joānes antonomatice et discre
tiue de eo dixit. Hic est qui baptizat
in spiritu sancto. Et de eo possumus
dicere. Hic est qui sapientie saporem
dat: sapidam anime facit scientiam.
Sermo siquidez datur multis: sapiē
tia paucis: quam distribuit dn̄s cui
vult et quō vult. Officiū orationis

Videns autem anima quod ad
desideratam cogitationis et
experientie dulcedinem per
se nō possit attingere: et quanto magis
ad cor altum accedit: tanto magis ex
altetur deus: humiliat se et fugit ad
orationez dicens. Domine qui non vi
deris nisi a mundis cordibus: inuesti/
gaui legēdo: meditando quesiui quo
modo haberi possit vera cordis mun/
dicia vt ea mediāte vel ex media par
te possez te cognoscere. Querebā vul
tū tuū domine vultū tuū dn̄e quere
bā. Diu meditatus suz in corde meo et
in meditatione mea exardescet ignis:
et desideriū āplius cognoscendi te dū
panez sacre scripture mihi frangis in
fractione panis in quo magis cognitus
es. Et quantū plus te cognosco plus
te cognoscere desidero: non iaz in cor
tice littere sed in sensu experientie:
Nec hoc peto domine propter meri/
ta mea sed pro tua misericordia. Fa/

teor enim quia idigna et peccatrix sum: sed catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi domine arram hereditatis future saltem guttam celestis pluuie: qua refrigerem sitim meam quia amore ardeo.

Officium contemplationis.

His et huiusmodi ignitis elogijs suum inflammat desiderium sicut ostendit suum affectum. His incantationibus aduocat sponsum: dominus autem cuius oculi super iustos et aures eius non solum ad preces: sed ipsas preces eorum non expectat donec sermonem finierit: sed medium orationis cursum interrumpens festinus ingerit se: et anime desideranti festinus occurrit: celestis rore dulcedinis circunfusus: vnguentis optimis delibutus: animam fatigatam recreat: esurientem reficit: aridam impinguat: facit eam terrenorum obliuisci. Immemor sui mirabiliter fortificando viuificans: et inebriando sobriam reddens. Et sicut in quibusdam carnalibus officijs adeo vincitur: carnali concupiscentia quod omnem vsum rationis amittit et fit homo quasi totus carnalis: Ita merito in hac superna contemplatione ita sumuntur et absorbentur carnales motus ab anima: vt in nullo caro spiritui contradicat et fiat homo quasi totus spiritualis.

Signa spiritus sancti ad animam venientis.

Domine quomodo appares quando hec facies? et quod signum aduentus tui? Nunquid huius consolationis et leticie testes et nuncij sunt suspiria et lachryme. Si ita est: noua est antiphrasis ista: et significatio inusitata. Que enim conuentio consolationis ad suspiria? leticie ad lachrymas? si tamen iste dicende sunt lachryme et non potius roris interioris superinfusi superfluens abundantia ad interioris ablutionis iudicium et exterioris purgamentum. Ut sicut in baptismo puerorum per exteriorem ablutionem significatur et figuratur interior anime ablutio: ita hic econtra exteriorem ablutionem interior precedit purgatio. O felices lachryme per quas macule interiores purgantur: per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugetis quia ridebitis. In lachrymis agnosce o anima sponsum tuum: amplectere desideratum. Nunc torrente te voluptatis inebria: sugge ab vbere consolationis eius lac et mel. Hec sunt munda munuscula et solatia que dedit tibi sponsus tuus: gemitus scilicet et lachryme. Adducit tibi potum his lachrymis in mensura. He lachryme sunt tibi panes die ac nocte: panes vtique confirmantes cor hominis: et dulciores super mel et fauum. O domine iesu si adeo sunt dulces iste lachrime que ex memoria et desiderio tui excitantur quam dulce erit gaudium quod ex manifesta tui visione capietur? si adeo dulce est flere pro te: quam dulce erit gaudere de te? Sed quid huius secreta colloquia proferimus in publicum? Cur in carnales affectus verbis communibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligunt: in libro experientie quos ipsa docet vnctio. Aliter autem littera exterior non prodest quicquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris littere: nisi glosam et interiorem sensum sumat ex corde.

Quomodo remanet anima spiritus sancti feruore discedente

Anima diu protraximus sermonem: Bonum enim erat nos hic esse cum Petro et Joanne contemplare gloriam sponsi, et diu ma

nere cum illo. Sed vellet hic fieri nō
duo non tria tabernacula sed vnum
ī quo essemus simul: ⁊ simul delectare
mur. Sed vt dicit spōsus dimitte me.
iam eniʒ ascēdit aurora: iaʒ lumē gra
tie ⁊ visitationeʒ quā desiderabas ac
cepisti. Data ergo benedictione mor/
tificato neruo femoris ⁊ mutato no
mine de iacob in israel: paulisper se
credit spōsus diu desideratus: cito ela
psus: Subtrahit se taʒ a predicta vi/
sione ꝙ a dulcedine cōtemplationis:
manet tamē presens ꝙtum ad guber
nationeʒ: ꝙtum ad gloriam: ꝙtuʒ ad
vnionem. Hic redditur causa qua
re spūs sci feruor aiaʒ aliquātū deficit

Ed ne timeas o sponsa ne de
speres ne existimes te cōtem
ni: si paulisp tibi subtrahit spō
sus faciem suam. Omnia ista cooperā
tur tibi in bonum: ⁊ de accessu ⁊ reces
su lucrū acquiris. tibi venit: tibi ⁊ re/
cedit. Uenit ad consolationem: rece/
dit ad cautelam: ne magnitudo conso
lationis extollat te: ne si semper apud
te sit sponsus īcipias contemnere so/
dales: ⁊ hanc continuam visitationeʒ
non iam gratie attribuas sed nature
Hanc autem gratiam cui vult ⁊ quā
do vult sponsus attribuit: non iure he
reditario possidetur. Uulgare prouer
bium est quod nimia familiaritas pa/
rit contemptum. Recedit ergo ne for
te nimis assiduus ꝯtemnatur. ⁊ absēs
magis desideretur: desideratus auidi
us queratur: diu quesitus tādem gra
tius inueniatur. Preterea que est p̄/
sens via: que respectu future glorie: q̄
reuelabitur in nobis enigmatica est: q̄
ex parte forte putemus. Nam hic ci/
uitatem manentem nō habemus: sed
inquirimus futuram. Ne ergo exili/
um deputemus pro patria: arraʒ pro
precij summa. venit sponsus ⁊ rece/
dit vicissim. nunc consolationem af/
ferens: nunc vniuersum statum no/
strum in infirmitate commutans pau
lisper nos permittit gustare. quam su
auis est. ⁊ ante ꝙ plene sentiamus
se subtrahit: ⁊ ita quasi alis expansis
supra nos volitans prouocat nos ad
volandum. quasi dicat. Ecce parum
gustatis. sum dulcis: sed si vultis ple/
ne saturari hac dulcedie currite post
me in odorem vnguentorum meoruʒ
habentes sursum corda: vbi ego sum ī
dextera dei patris: vbi videbitis me
non per speculum in enigmate: sed fa
cie ad faciem: ⁊ vbi plene gaudebit
cor vestrum: ⁊ gaudium vestrum ne/
mo tollet a vobis. Cura ⁊ diligē/
tia aīe ne omnino a deo deseratur.

Ed caue tibi o spōsa quomō
auertat se spōsus. Non lōge
abijt ⁊ si non vides eum: ipse
tamen videt te plenus oculis ante ⁊
retro. nunꝙ potes eum latere. habet
etiam circa te nuncios suos spiritus
quasi sagacissimos exploratores vt
videāt quomodo absente sponso con
uerseris: ⁊ accusent te coraʒ ipso si ali
qua signa lasciuie ⁊ scurrilitatis ī te d̄
prehenderit: zelotypus est spōsus iste
si forte alium amatorem acceperis: si
sa est refice eaz. Habet que offendāt
oculos tuos: fateor ⁊ scio: sed quis mū
dabit eaz. Aut cui alteri preter te cla/
mabo. Ab occultis meis mūda me do
mine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Cre
do: propter q̄ ⁊ loquor. Domie tu scis
Nonne tibi prolocutus sum aduer/
sum me delicta mea deus meus: ⁊ tu
dimisisti impietatez peccati mei. Nō
iudicio contendo tecum qui veritas
es: ⁊ ego nolo fallere meipsum ne mē
tiatur iniqtas mea sibi. Nō ergo iudi
cio contendo tecum: quia si iniquita/
tes obseruaueris domine: dn̄e q̄s su/
stinebit. Sz tamen sine me loq apud
misericordiaz tuaz: me terrā ⁊ cinerē
Sine me tamen loqui: quoniam ecce
misericordia tua est. nō hō irrisor me⁹
cui loquor. Et tu fortasse irrides me:
sed cōuersus misereberis mei. Quid
enim est q̄ volo dicere domine deus
meus: nisi quia nescio vnde venerim
huc. in istam dico mortalem vitaz: an
mortez vitalez nescio. Et susceperūt
me cōsolatiōes miserationū tuar: sic
audiui a parētib⁹ carnis mee: ex qua
⁊ i qua formasti me i tēpore. Non eni
ego memini. Exceperunt ergo me cō
solatiōes lactis hūani: nec mater mea

vel nutrices mee sibi vbera implebāt
sed tu mihi dñe dabas per eas alimē
tū infantie secūdū institutiōez tuaz:
⁊ diuitias vsque ad fundū rerum di
spositas. Tu etiam mihi dabas nolle
amplius q̄ȝ dabas: ⁊ nutrientibus me
velle mihi dare q̄ illis dabas. Dare
eniz mihi per ordinatū affectū vole
bāt: quo ex te abundabant. Naz bo
nū erat eis bonū meū ex eis: qḋ ex
eis nō: sed per eas erat. Ex te qppe bo
na oīa deus: ⁊ ex deo meo salus mihi
vniuersa. Qḋ animaduerti postmodū
clamante te mihi per hec ipsa que tri
buis intus ⁊ foris. Naz tunc suggere
noraz ⁊ acquiescere delectationibus:
flere autē offensiones carnis mee
nihil amplius: postea ridere cepi dor
miens primo, deinde vigilans. Hoc
enim de me mihi indicatū est ⁊ credi
di: quoniaz sic videmus ⁊ alios infan
tes. Naz ista mea non memini. ⁊ ecce
paulatiz sentiebaz vbi essē: ⁊ volun
tates meas volebaz ostendere eis p
quos implerentur: ⁊ non poteraz: q̄ꝛ i
tus ille erant: foris autem illi: nec vllo
suo sensu valebant introire in animā
meā. Itaque iactabam mēbra ⁊ vo
ces signa similia voluntatibus meis:
pauca que poteram: qualia poteram
Non eniz erant verisimilia. Et cū mi
hi non obtemperabatur vel non intel
lecto vel ne obesset indignabar: non
subditis modo sed maiorib⁹ ⁊ liberis
nō seruientibus: ⁊ me de illis flēdo vi
dicabaz. Tales esse infantes didici
quos discere potui: ⁊ me talem fuisse
magis mihi ipsi īdicauerūt nō sciētes:
q̄ȝ sciētes nutritores mei. Et ecce ifā
tia mea mortua ē: ⁊ ego viuo. Tu aūt
domine qui semper viuis ⁊ nihil mori
tur in te: quoniam ante primordia se
culorum ⁊ ante omne qḋ vel ante di
ci pōt tu es de⁹ ⁊ dñs omniū q̄ crea

sti: ⁊ apud te rerū oīū istabiliū stāt cau
se: ⁊ rerū oīū mutabiliū icōmutabiles
manēt origines: ⁊ oīū irratiōabiliū ⁊
tēporaliū sēpiterne viuūt ratiōes. Dic
mihi supplici tuo de⁹ ⁊ misericors mi
sero tuo: Dic mihi vtrū alicui iā etati mee
mortue successerit īfantia mea: an illa
ē quā egi ī īra viscera matris mee:
Naz ⁊ de illa mihi non nihil indicatū
est: ⁊ p̄gnātes ipse vidi femīas. Quid
etiaz ante hanc dulcedo mea de⁹ me⁹
fui ne alicubi an aliquis. Namquis
mihi dicat ista ñ habeo: nec pater nec
mater potuerunt: nec aliorū experi
mentū: nec memoria mea. An irrides
me ista querentē: teque de hoc q̄ no
ui laudari a me iubes ⁊ cōfiteri me ti
bi. Cōfiteor tibi dñe pater celi ⁊ terre
laudē dicens tibi de primordijs ⁊ infā
tia mea que non memini: ⁊ dedisti ea
hoī ex aliis de se cōiicere: ⁊ auctorita
tibus muliercularū multa de se crede
re. Eraz enim ⁊ viuebaz etiam tunc:
⁊ signa quib⁹ secreta mea nota alijs fa
cerē: iaz in fine infantie querebā. Un
de tale animal: nisi abs te dñe? An q̄s
q̄ȝ se faciendi erit artifex. Aut vlla ve
na trahit aliūde: q̄ eē ⁊ viuere currat
ī nos: p̄terq̄ȝ qḋ tu facis nos dñe: cui
eē ⁊ viuere ñ aliḋ atq̄ȝ aliḋ ē: q̄ꝛ sūme
eē atq̄ȝ sūme viuere idipz ē. Sūmus
es eni ⁊ ñ mutaris: nec peragit ī te ho
diern⁹ dies: ⁊ tñ ī te pagitur: q̄ꝛ ī te sūt
⁊ ista oīa. Nō eni hērēt vias trāseūdi:
nisi ɔtineres ea. Et q̄m āni tui ñ d̄ficī
ent: āni tui hodiern⁹ dies. Et q̄ȝ multi
iā dies nr̄i ⁊ patrū nostrorū p hodier
nū tuū trāsierūt: ⁊ ex illo acceperunt
modos: ⁊ vtcūq̄ȝ extiterūt: ⁊ trāsibūt
adhuc alii, ⁊ accipiēt vt cūq̄ȝ existēt.
Tu aūt idē ipse es et oīa crastina: atq̄ȝ
vltia omnia que hesterna ⁊ retro: ho
die facies hodie fecisti. Quid ad me si
quis non intelligat? Gaudeat ⁊ ipse

dicēs: Quid est hoc? Gaudeat etiaꝫ
sic et amet: nō īueniēdo īuenire poti/
us q̄ȝ inueniendo nō īuenire te. Exau
di deus. Ueh peccatis hoīuꝫ. Et hō di
cit hoc et misereris eius quoniam fe/
cisti eum et peccatum nō fecisti in eo
Quis mihi cōmemorat peccatū īfan
tie mee? quoniā nemo mūdus a pecca
to coram te: nec infans: cuius est vni
us diei vita super terrā. Quis mihi
commemorat? An qlibet tātillus nec
paruulus in q̊ video q̄ꝫ nō memini de
me? Quid ergo tūc peccabā? An q̄a
vberibus īhiabaꝫ plorās? Nā si nūc
faciā nō quidē vberibus ſꝫ esce ꝯgru
enti annis meis ita inhiās deridebor
atqꝫ reprehēdar iustissime. Tūc ergo
reprehēdēda faciebaꝫ: sed quia repre
hēdētē intelligere nō poterā: nec mos
rep̄hēdendi me nec ratio sinebat. Nā
extirpamus ⁊ eiicimus ista crescētes
Nec vidi quēquā scientē cū aliquid
purgat bona ꝓiicere. An ꝓ tempore
etiā illa bona erāt flendo petere etiā
quod noxie daretur: īdignari acriter
nō subiectis hominibus liberis et ma
ioribus: hisqꝫ a quibus genitus est:
multisqꝫ prudētioribus: nō ad nutū
volūtatis obtemperātibus feriendo
nocere niti quātū potest: quia nō obe
ditur īpiis quibus pniciose obediret?
Ita ībecillitas mēbrorū īfantiliū īno
cēs est: nō animus īfātiū. Uidi ego et
expertus sū zellātē puulū: nec dū lo/
quebatur et ītuebatur pallidus ama
ro aspectu collactaneū suū. Quis hoc
ignorat? Expiare se dicunt ista ma/
tres atque nutrices nescio quibus re
mediis. Nisi vero et ista īnocētia est
in fonte lactis nō vbertī manāte: atqꝫ
abūdātie opibus egentissimam: ⁊ illā
adhuc vno alimento vitā ducentem
ꝯsortē nō pati. Sed blande tollerant

hec non quia nulla vel parua: sed quia
etatis accessu peritura sunt. Quod li/
cet pbes tamē ferri equo animo eadē
ipsa nō possunt: quādo ī aliquo ānosio
re deprehēdūtur. Tu itaqꝫ dn̄e deus
meus qui dedisti vitā īfanti et corp⁹
quod ita vt videmus sēsibus īstruxi/
sti: ꝯpegisti mēbris: figura decorasti: ꝓ
qꝫ ei⁹ vniuersitate atqꝫ īcolumitate oēs
conatus animātis īsinuasti: iubes me
laudare te ī istis ⁊ ꝯfiteri tibi ⁊ psalle/
re nomini tuo altissime: qꝛ deus es oī
potēs ⁊ bonus: etiaꝫ si sola ista fecisses
q̄ nemo alius potest facere nisi tu: vn/
de ⁊ a quo ē omnis modus formosissi
me q formas oīa ⁊ lege tua ordinas
omnia. Hāc ergo etateꝫ dn̄e qua me
vixisse nō memini: de qua aliis credi/
di: ⁊ quā me egisse ex aliis īfātibus cō
ieci: q̄ȝq̄ȝ ista multum fida coniectura
sit: piget me ānumerare huic vite mee
qua viuo ī hoc seculo. Quātū eniꝫ at/
tinet ad obliuiōis mee tenebras: par
illi est qua vixi ī matris vtero. Qđ ⁊
sīi iniqtate conceptus suꝫ: ⁊ ī peccatis
me mater mea ī vtero aluit: vbi oro
te deꝫ me⁹? vbi dn̄e ego fu⁹ tu⁹ vbi aut
qn̄ īnocēs fui? Sed ecce omitto illud
tēp⁹. Et qđ mihi iā cū eo ē: cui⁹ nulla
vestigia recolo? Nonne ab infantia
huc pgēs veni p pueriā? vel potius
ipsa in me venit ⁊ successit infantie?
Nec discessit illa. Quo.n. abiit? Et tn̄
iā n̄ erat.n̄.n. erā īfās q n̄ farer: ſꝫ iā pu
er erā loquēs: ⁊ memini hic: ⁊ vn̄ loq̄ di
diceraꝫ p⁹ aduerti. Nō.n. docebāt me
maiores hoīes p̄bētes mihi v̄ba cer/
to aliq̊ ordie doctrine sic̄ paulo p⁹ lit/
teras: ſꝫ ego ipe mēte quā dedisti mi/
hi de⁹ cū gemitib⁹ ⁊ vocibus ⁊ variis
mēbrorū motib⁹ edere vellē sēsu cor/
dis mei: vt volūtati pere̅t: Nec vale
rē q̄ volebā oīa: nec qb⁹ volebā oīa p̄

ſtabā memoriam cū ipi appellabant rez aliq̄: ꝛ cū ſm eā vocē corp⁹ ad aliquid mouebāt: videbā ꝛ tenebaz hec ab eis vocari rem illam quod sonabant cū eam vellent oſtendere. Hoc autē eos velle ex motu corporis apiebatur: tāq̄ verbis naturalib⁹ oīuz gētiuz q̄ fiunt vultu ꝛ nutu oculoꝝ ceteroꝝq; mēbroꝝ: actu ꝛ sonitu vocis idicante affectiōes animi i petēdis habēdis reiiciēdis fugiēdiſq; reb⁹. Ita verba i varijs sñtiis locis suis posita: ꝛ crebro audita: quaꝝ reruz signa eſſent paulati colligebā: measq; voluntates edomito i eis signis ore per hoc enūciabā. Sic cū his iter quos erā volūtatū enūciādaꝝ signa cōmunicaui: ꝛ vite hūane procelloſā ſocietatē altius ingreſſus ſum: pēdēs ex parētū auctoritate nutuq; maioꝝ hoīuz. Deus de⁹ meus quas ibi miserias expertus ſū ꝛ ludificatiōes: quādo qde mihi recte viuere puero id proponebat obtēperare monētibus: vt i h ſeculo florerez ꝛ excellerez linguoſis artib⁹ ad honorē hoīuz ꝛ falſas diuitias famulantib⁹. Inde i ſcolā dat⁹ ſū vt diſcerē litteras: i quib⁹ qd vtilitatis eſſet ignorabā miſ. ꝛ tñ ſi ſegnis i diſcēdo eſſez vapulabaz. Laudabat eni h a maiorib⁹. Et multi ante nos vitā iſtā agētes ꝯſtruxerūt erūnoſas vias: p q̄s trāſire cogebamur multiplicato labore ꝛ dolore filijs adā. Inuenimus aūt dñe hoīes rogātes te: ꝛ didicim⁹ ab eis ſētiētes te vt poteram⁹ eē aliquē magnū q poſſes etiā nō apparēs ſēſibus nr̄is exaudire nos ꝛ ſubuenire nobis. Nā puer cepi rogare te auxiliū ꝛ refugiū meū: ꝛ i tuā iuocationē rūpebā nodos lingue mee: ꝛ rogabā te pu⁹ ñ puo affectu: ne i ſcola vapularē: Et cū me ñ exaudiebas: q ñ erat ad inſipientiā mihi

irridebar a maiorib⁹ hoīb⁹ vſq; ab ipiſ parentibus q mihi accidere mali nihil volebāt plage mee. magnū tūc ꝛ graue malū meū. Eſt ne qſq; dñe tā magn⁹ aīm⁹ p grādi affectu tibi coherēs: eſt ne iq̄ qſq;: facit eni h qdā etiā ſtoliditas. Eſt ergo q tibi pie coherendo ita ſit affect⁹ grāditer vt eculeos ꝛ vngulas atq; huiuſmodi varia tormēta p qb⁹ fugiēdis tibi p vniuerſas t̄ras cū timore magno ſupplicat. Ita parui eſtimet irridēs eos q hec acerbiſſie formidāt: queadmoduz patres noſtri ridebāt tormēta qb⁹ pueri a magiſtriſ affligebamur. Non eni aut min⁹ ea metuebamus: aut minus te de his euadēdis dep̄cabamur: ꝛ peccabam⁹ tamen minus ſcribendo aut legendo aut cogitando de litteris q̄ exigebatur a nobis. Nō eni deerat memoria vel igeniū q̄ nos hēre voluiſti p illa etate ſatis: ſ; dlectabat ludere ꝛ vindicabat i nos ab eis q talia agebāt. Sz maioꝝ nuge negocia vocāt. pueroꝝ aūt talia cū ſunt puniunt a maiorib⁹: ꝛ nēo miſat pueros vl illos vl vtroſq;: Niſi vo approbz qſq; bon⁹ reꝝ arbiter vapulaſſe me: q; ludebā puer pila: ꝛ ludo ipediebar: q̄ min⁹ celere diſcerē lr̄as: qb⁹ maior d̄formi⁹ luderē haud aliō faciebat idē ipe a q̄ vapulabā: Qui ſi i aliq̄ qſtiūcula a ꝯdoctore ſuo vict⁹ eēt: magis ira bile atq; inuidia torqueret: q̄ ego cū i certaie pile a colluſore ſupabar. Et tñ peccabā de⁹ ordiator ꝛ creator oīuz reꝝ naturaliū: pccōꝝ aūt tm ordiator: dñe de⁹ peccabā faciēdo ꝯtra p̄ceptū parētū ꝛ magiſtroꝝ illoꝝ. Poterā.n. poſtea bñ vti lr̄is: q̄s volebāt vt diſcerē: q̄cūq; aio illi mei. Nō eni meliora eligēs erā iobediēs: ſ; amore ludēdi amans i certamib⁹ ſupbas victorias: ꝛ ſcal

pi aures meas falsis fabellis q̊ prurirẽt ardẽtius: eadẽ curiositate magis magis q̧ per oculos periculosa micante i spectacula ludos q̧ maiorũ. Quos tñ q edũt ea dignitate p̄diti excellunt vt hec pene oẽs optẽt puulis suis: q̊s tñ cedi libẽter patiũt: si spectaculis talib⁹ ipediãt a studio: q̊ eos ad talia edẽda cupiũt puenire. Uide ista dñe misericordit̃: ⁊ libera nos iã iuocãtes te. Libera etiã eos q nõdũ te iuocãt: vt iuocẽt te ⁊ liberes eos. Audierã.n. adhuc puer de vita et̃na nobis pmissa p humanitatẽ dñi dei nr̃i d̄scẽdẽtis ad supbiã nr̃az: ⁊ signabar iã signo crucis ei⁹ ⁊ condiebar iã ei⁹ sale ĩde ab vtero mr̃is mee: q̄ multũ sperauit in te. Uidisti dñe cũ adhuc puer essẽ ⁊ q̄dã die p̄ssus stomaco repẽte estuarez pene moritur⁹. vidisti de⁹ qm̄ custos meus iã eras: q̊ motu aĩ ⁊ q̄ fide baptismũ xp̄i tui dei ⁊ dñi mei flagitaui pietate mr̃is mee ⁊ mr̃is oĩuz nr̃m ecclesie tue: ⁊ cõturbata mr̃ carnis mee: qm̄ ⁊ sẽpiternã salutẽ meã cari⁹ parturiebat corde casto i fide tua iã curaret festĩabũda vt sacramẽtis salutarib⁹ ĩitiarer ⁊ abluerer: te dñe iesu cõfitẽs ĩ remissionẽ peccatoꝝ nisi statim recreatus essez. Dilata ẽ itaq̧ mũdatio mea: q̄si necesse esset vt adhuc sordidarer si viuerẽ: Qr videlicet post lauacꝝ illud maior ⁊ periculosior ĩ sordib⁹ delictoꝝ reat⁹ foret Ita iã credebã ⁊ illa ⁊ oĩs domus: nisi pr̃ solus: qui tñ nõ euicit ĩ me ius matne pietatis: q̊ min⁹ ĩ xp̄m crederẽ: sicꝫ ille nõdũ crediderat. Nã sibi illa satagebat vt tu mihi pr̃ esses dñs poti⁹ q̄ȝ ille: ⁊ ĩ h̄ adiuuabas eã: vt superaret virũ cui melior seruiebat: q̄r ⁊ ĩ h̄ tibi vtiq̧ iubẽti seruiebat. Rogo te deus vellẽ scire si etiã velles q̊ cõsilio dilat⁹ sũ ne tunc baptizarer: vtrum bono meo mihi quasi laxata sunt lora peccandi: an ñ laxata sũt. Uñ ḡ etiã nũc de aliis atq̧ alijs sonat vndiq̧ in aurib⁹ nr̃is sine illũ faciat qđ vlt: necdũ eñi baptizat⁹ ẽ: ⁊ tñ ĩ salute corporis nõ dicim⁹ sine vulneret ampli⁹: necdũ.n. sanat⁹ est. Quãto ḡ meli⁹ vt cito sanarer ⁊ id ageret mecũ meoꝝ meaq̧ diligẽtia: vt recepta salus aĩe mee ĩde tuta eẽt tutella tua q dedisses eã. Meli⁹ vero. Sȝ q̊t ⁊ quãti fluct⁹ ĩpẽdere tẽptationũ p⁹ puericiã videbãt: nouerat eos iã ea mater: ⁊ t̃rã p eos vñ postea formarer: quã ip̄az iã effigiẽ cõmittere volebat. In ip̄a tñ puericia d̄ q̄ mihi min⁹ q̄ȝ de adolescentia metuebat ñ amabã lr̃as: ⁊ me ĩ eas vrgeri oderaz. Et vrgebar tñ: ⁊ mihi bñ fiebat: nec faciebã ego bñ. Nõ.n. discerẽ vbi cogerer Nemo aũt ĩuit⁹ bñ facit etiã si bonũ ẽ qđ facit. Nec q me vrgebãt bñ faciebãt: sȝ bñ mihi fiebat abs te de⁹ me⁹: Illi eñi ñ ĩtuebant q̊ referrẽ q̄ me discere cogebãt p̄ter q̄ȝ ad satiãdas ĩsatiabiles cupiditates copiose inopie ⁊ ignominiose glie: Tu vero cui nũerati sũt capilli nr̃i errore oĩuz q mihi instabãt vt discerẽ vtebaris ad vtilitatez meã: meo aũt q discere nolebã vtebaris ad penã meã: q̄ plecti ñ erã ĩdign⁹ tãtill⁹ puer ⁊ tãt⁹ peccator. Ita nõ de bñfaciẽtib⁹ tu bñfaciebas mihi: ⁊ de peccãte meip̄o retribuebas mihi iuste Iussisti.n. ⁊ sic ẽ: vt pena sua sibi sit oĩs ĩordiat⁹ anim⁹. Quid aũt erat cause cur grecas lr̃as oderã: qb⁹ puerulus ĩbuebar: ne nũc mihi qdẽ satis exploratũ ẽ. Adamauerã.n. latinas: ñ q̄s p̄mi magr̃i: sȝ q̄s docẽt q grãmatici vocant. Nã illas p̄mas vbi legere ⁊ scribere ⁊ numerare discit̃: ñ min⁹ onerosas penalesq̧ hẽbã q̄ȝ oẽs grecas. Uñ tñ ⁊ h̄ nisi de pccõ ⁊ vanitate vite: q̄r caro erã ⁊ sp̄us ãbulãs ⁊ ñ reuertẽs? Naz vtique meliores: quia certiores

erant prime littere quibus fiebat in
me quod factū ē: et habeo illud vt le
gā: si quid scriptum inuenio: et scribā
ipse si quid volo: q̄ꝫ ipse quibus tene
re cogebar Enee nescio cuius errores:
oblitus errorū meorū: et plorare Di
donē mortuā: quia se occidit ob amo
rem: cuʒ interea meipsū ī his a te mo
rientē deꝰ meꝰ vita mea siccis oculis
nō flerē miserrimꝰ. Quid eniʒ miseriꝰ
misero nō miserāte seipsū? Et flente
Didonis mortē q̄ fiebat amādo eneā:
nō flēte autē mortē suā que fiebat nō
amādo te: Deꝰ lumē cordis mei et pa
nis oris intꝰ aīe mee: et virtꝰ maritās
mētē meā et sinū cogitatiōis mētis
mee nō te amabā et fornicabar abs
te et fornicāti sonabat vndiqꝫ euge
euge. Amicitia .n. huiꝰ mūdi fornica
tio ē abs te: et euge euge dicitur vt
pudeat si nō homo ita sit. Et hoc non
flebam: sed flebam Didonem extin-
ctā: ferroqꝫ extrema secutā sequens
ipse extrema condita tua relicto te et
terra iens in terrā: et si prohiberer ea
legere dolebā q2 nō legerē qđ dole
rē. Tali dmētia honestiores et vtilio
res littere putāt q̄ꝫ ille qbꝰ legere et
scribere didici. Sꝫ nūc ī aīaʒ meā cla
met deꝰ meꝰ: et veritas tua dicat mihi
Nō ē ita. Melior ē prorsus doctrina
illa prior. Nā ecce paratior sū obliui
sci errores Enee atqꝫ oīa huiusmodi
q̄ꝫ scribere et legere. At .n. vela pen
dēt ī liminibus grammaticarū scola
rum: sed non illa magis honorem se
creti q̄ꝫ tegumentum erroris signifi
cant. non clament aduersum me vē
ditores grammatice vel emptores:
quia si proponā eis interrogans vtꝝ
veꝝ sit q̄ eneā aliqñ cartaginē venis
se poeta dicit: idoctiores se nescire re
spōdebūt: doctiores aūt etiaʒ nega-
būt veꝝ esse. At si q̄raʒ qbus litteris
scribat' enee nomē: oēs mihi q hec di
dicerūt veꝝ respōdebūt secūdū id pa
ctū ꝛ placitū quo īter se hoīes ista si-
gna firmarūt. Itē si q̄rā qd hoꝝ maio
re vite huiꝰ īcōmodo qsqꝫ obliuiscat'
legere ꝛ scribere: an poetica illa fig-
mēta: quis nō videat qd respōsurus
sit q nō est penitꝰ oblitꝰ sui. Peccabā
ego puer cū illa īania istis vtilioribus
amore p̄ponebā: vel potiꝰ ista oderā
illa amabā. Iā vero vnū ꝛ vnū duo:
duo ꝛ duo quatuor: odiosa cātio mihi
erat: ꝛ dulcissimū spectaculū vanita-
tis: equus ligneus plenus armatis et
troie īcēdiū atqꝫ ipsius vmbra creu-
se. Cur ergo grecam etiam gramma
ticā oderā talia cātātē? Nā ꝛ home-
rus peritꝰ texere tales fabellas ꝛ dul-
cissime vanꝰ ē: mihi tñ amarꝰ erat pu
ero. Credo etiā grecis pueris vgiliꝰ
ita sit cū eū sic discere cogūt: vt ego:
videlʒ difficultas oīno discēde lingue
peregrie: q̄ꝫ felle aspgebat oēs suauita-
tes grecas fabulosaꝝ narrationum:
Nulla eni verba illa nouerā: ꝛ seuis
terroribꝰ ac penis vt noscerē istabat'
mihi vehemēter. Nā et latina aliun
de īfās vtiqꝫ nulla nouerā: et tamen
aduertēdo didici sine vllo metu atqꝫ
cruciatu: inter ēt blandimēta nutri-
cū et loca arridētium et letitias allu-
dētiū. Didici vo illa sine penali onere
vrgētiū: cū me vrgeret cor meū ad
pariēda cōcepta sua q̄ ñ possē nisi ali
qua vba didicissē nō a docētibꝰ sꝫ a
loquētibꝰ. In quoꝝ auribus ꝛ ego p
turiebā qcqd sētiebā. Hic satis elucet
maiorē hēre vi ad discenda ista libe
raʒ curiositatem q̄ꝫ meticulosam ne
cessitatem: Sed illius fluxum restri
gis legibus tuis deus a magistroruʒ
ferulis vsqꝫ ad tēptationes mrm va

lentibus legib⁹ tuis miscere salubres
amaritudines reuocātes nos ad te a
iocūditate pestifera qua recessimus
a te. Exaudi domine dep̄cationē me
am ne deficiat aīa mea sub disciplina
tua: neq̧ deficiā in confitēdo tibi mi
serationes tuas: quib⁹ eruisti me ab oī
bus viis pessimis: vt dulcescas mihi
super oēs seductōes quas sequebar.
⁊ amē te validissime: ⁊ amplexer ma
nū tuā totis p̄cordiis meis: vt eruas
me ab oī tēptatione vsq̧ in finē. Ec
ce eni tu dn̄e rex meus et de⁹ me⁹ ti
bi seruiat qcqd vtile puer didici tibi
seruiat quod loquor et scribo et lego ⁊
numero. Quoniā cū discerē vana tu
mihi disciplinā dabas ⁊ in eis vanis
peccata delectationū meaꝝ dimisisti
mihi. Didici eni in eis multa verba
vtilia: sed etiā ī reb⁹ n̄ vanis disci pos
sunt: et ea via tuta ē in qua pueri am
bularēt. Sed ve tibi flumen maris
humani. Quis resistet tibi? Quo diu n̄
siccaberis? Quousq̧ volues eue fili
os ī mare magnū ⁊ formidolosū: qđ
vix trāseūt q lignū ɔscēderint. Nō
ne ego intelligo ⁊ tonātem iouem ⁊
adulterantem? Et vtiq̧ non posset
hec duo: sed actum est vt haberet au
ctoritatē ad imitādū veꝝ adulteriū:
lenocinante falso tonitru. Quis aūt
penulatoꝝ magistroꝝ audit aure so
bria ex eodē puluere hoīem clamātē ⁊
dicētē: fingebat hec homer⁹ ⁊ huma
na ad deos trāsferebat: diuina mallē
ad nos: sed verius dicitur q̄ finge
bat hoc quidē ille sed hominibus fla
gitiosis diuina tribuendo: ne flagitia
flagitia putarentur: ⁊ vt quisquis ea
fecisset non hoīes perditos sed cele
stes deos videretur imitatus. Et tn̄
o flumē tartareū: iactātur ī te filii ho
minū cū mercedibus vt hoc discāt: ⁊

Cicero in Tus. 1

magna res agitur. cū hoc agitur pu
blice ī foro ī ɔspectu legū super mer
cedē salaria ɔcernētiū: ⁊ saxa tua p̄
cutis ⁊ sonas dicēs. Hinc verba di
scūtur: hinc acquirit eloquētia reb⁹
p̄suadēdis sentētiisq̧ explicādis ma
xime necessaria. Ita vero non co
gnosceremus verba hec. imbrē au
reū ⁊ gremiū ⁊ fucū ⁊ templa celi: ⁊
alia verba que in eo loco scripta sunt
nisi terētius īduceret neq̧ adolescē
tē p̄ponētē sibi iouē ad exēplū stupri
dū spectat tabulā quādā pictā ī parie
te: vbi ierat pictura hec: iouē quo pa
cto Danae misisse aiūt ī gremiū quen
dā ībrē aureū fucū factū mulieri? ⁊
vide queādmodū se ɔcitat ad libidi
nē quasi celesti magisterio. At quem
deū īquit. Qui tēpla celi summo soni
tu cōcutit: ego homuncio id nō face
rē? Ego vero illud feci ac libēs. Non
omnino p hāc turpitudinē verba ista
ɔmodius discūtur: sed per hec verba
turpitudo ista ɔfidētius perpetratur
Nō accuso verba quasi vasa electa
atq̧ p̄ciosa: sed vinū erroris q̄ in eis
nobis p̄pinabat ab ebriis doctorib⁹ ⁊
nisi biberem⁹ cedebamur: nec appel
lare ad aliquē iudicē sobriū licebat
Et tamē ego deus meus ī cuius con
spectu iā secura ē r̄cordatio mea libē
ter hec didici: ⁊ eis delectabar miser:
⁊ ob hoc bone spei puer appellabar.

Sine me deus meus dicere
aliquid: ⁊ de igenio meo mu
nere tuo: in quibus a me deli
ramentis atterebatur. Proponeba
tur enim mihi negocium anime mee
satis īquietū. premio laudis ⁊ dede
coris vel plagaꝝ metu: vt dicerem
verba iunonis irascentis: et dolētis
q̄ non posset italia teucrorum auer
tere regem. Que nunquam iuno

nem dixisse audieraz:sed figmentorũ
poeticorũ vestigia errãtes sequi coge
bamur:et tale aliquid dicere solutis
verbis:quale poeta dixisset ṽsib⁹.et
ille dicebat laudabili⁹: in quo pro di
gnitate adũbrate psõe ire ac doloris
similior affectus eminebat:ṽbis sen
tentias congruẽtes vestiẽtib⁹. Ut qd
mihi illud o vera vita mea de⁹ meus
qd mihi recitanti acclamabať p̃ mul
tis coetãeis et collectorib⁹ meis? Nõ
ne ecce illa oĩa fumus et vẽtas? Ita
ne aliud nõ erat:vbi exerceretur ige/
niũ ꝛ lingua mea? Laudes tue dñe:
laudes tue per scripturas tuas suspẽ
derẽt palmitẽ cordis mei:ꝛ ñ rapere
tur per ĩania nugaꝝ turpis preda vo/
latilibus. Nõ eniz vno modo sacrifi
catur trãsgressoribus angelis: Quid
aũt miꝝ ꝙ ĩ vanitates ita ferebar:et
a te deus meus ibã foras:quãdo mi/
bi imitãdi ꝑponebãtur hoĩes qui ali/
qua facta sua nõ mala si cũ barbaris/
mo aut soloecismo enũciarẽt rephẽsi
cõfundebãtur:si aũt libidines suas ĩ/
tegris ꝛ rite ꝯsequẽtibus verbis copi
ose ornateq̃ narrarẽt laudati gloria
bãtur? Uides hec dñe ꝛ taces: lõga/
nimis ꝛ multum misericors ꝛ verax.
Nũquid semꝑ tacebis? Et nũc eruis
de hoc imanissimo ꝓfundo querẽtez
te aĩaz ꝛ sitiẽtẽ ꝺlectatõẽs tuas:ꝛ cui⁹
cor dicit tibi:q̃siui vultũ tuũ vl̃tũ tuũ
dñe regrã. Nã iui lõge a vultu tuo:ĩ
affectu tenebroso. Nõ enim pedibus
aut spaciis locoꝝ itur abs te:aut redi
tur ad te. Aut vero fili⁹ ille tu⁹ minor
equos aut curr⁹ vel naues q̃siuit:aut
auolauit penna visibili:aut moto po/
plite iter egit:vt ĩ longinqua regione
viuẽs ꝓdige dissiparet qđ ꝺderas ꝓ
ficiscẽti dulcis pater:quia dederas ꝛ
egeno redeunti dulcior. In affectu
ergo libidinoso:id eniz est tenebroso:
atq; id est lõge a vultu tuo Uide dñe
de⁹:ꝛ patiẽter vt vides vide quomo
do diligẽter obſuẽt filii hoĩuz pacta
lr̃aꝝ ꝛ sillabaꝝ accepta a p̃orib⁹ locu
tõib⁹.ꝛ a te accepta eterna pacta ꝑpe
tue saluti negligãt vt q illa sonoꝝ vete
ra placita teneat aut doceat:si cõtra
disciplinã grãmaticã sine aspiratione
prime sillabe hoĩez dixerit magis di/
spliceat hoĩbus:q̃ si cõtra tua prece/
pta hominẽ oderit cũ sit hõ. Quasi ve
ro quẽlibet inimicũ hominẽ pernici/
osiorez sẽtiat:q̃ ipsũ odiũ quo ĩ eum
irritatur:aut vastet quisq̃ persequẽ
do alium graui⁹:q̃ cor suum vastat
inimicando. Et certe non est interi/
or litterarum scientia q̃ scripta con
scientia id se alteri facere quod nolit
pati. Quã tu secretus es habitãs ĩ ex
celsis in silentio de⁹ solus magn⁹: le/
ge infatigabili spargẽs penales ceci/
tates supra illicitas cupiditates. Cuz
hõ eloquẽtie famã querit astãs ante
hominẽ iudicẽ circũstante hoĩnũ mĺ
titudĩe:inimicũ suũ odio ĩmanissimo
insectãs: vigilantissime cauet:ne per
lingue errorem dicat inter homines:
et ne per mentis furorẽ hominẽ aufe
rat ex hominibus non cauet. Horuz
ego puer morũ in limine iacebaz mi
ser:et huius harene palestra erat illa
vbi magis timebã barbarismũ face
re:q̃ cauebã si facerem non faciẽti/
bus inuidere. Dico.n.hec et confite/
or tibi deus meus in quib⁹ laudabar
ab eis quib⁹ placere:tũc mihi erat ho
neste viuere. Nõ.n. videbã voraginẽ
turpitudinis in quã proiectus erã ab
oculis tuis. Nã in illis iã quid me fe/
dius fuit:vbi etiã talib⁹ displicebã fal
lendo innumerabilib⁹ mẽdaciis ꝛ pe
dagogum:ꝛ magistros et parentes

oratorem
circa

amore ludēdi: studio spectādi nugatoria: et imitādi ludicra inquietitudine? Furta etiā faciebā de cellario parētū meorum et de mēsa: vel gulla iperitāte: vel vt haberē qd darē pueris: ludū suū mihi quo pariter vtique delectabātur tamē vēdētib⁹. In quo etiā ludo fraudulentas victorias ipse vane excellētie cupiditate vict⁹ sepe aucupabā. Quid aūt tā nolebā pati: atque atrociter si deprehēderē arguebā: quam id qd aliis faciebā: et si deprehēsus argu/erer: seuire magis quam cedere libebat. Ista ne inocētia puerilis? Nō ē dñe nō ē: oro te de⁹ me⁹. Nā hec ipsa sunt que a pedagogis et magistris: a nucibus et pillulis et passerib⁹: ad prefectos et reges: aurum pdia mācipia: hec ipsa oīno succedētib⁹ maiorib⁹ etatib⁹ trāseunt: sicuti ferulis maiora supplicia succedūt. Humilitatis ergo signū in statura puericie rex noster probasti: cū aisti: talium regnū celorum. Sed tamē dñe tibi excellētissimo atque optimo cōditori et rectori vniuersitatis deo nostro gratias: etiā si me puerum tātum esse voluisses. Erā eniz etiā tūc viuebā atque sentiebā: meāque icolumitatē vestigiū secretissime vnitatis ex qua erā cure habebar: custodiebā iteriore sensu itegritatē sēsuū meorum: i quē ipsis paruis: paruarūque rerum cogita/tōibus veritate delectabar. Falli nolebā: memoria vigebā: locutione instruebar: amicicia mulcebar: fugiebā dolorē: abiectionē: ignorātiā. Quid i tali animāte nō mirabile atque laudabile? At ista oīa dei mei dona sūt: nō mihi ego dedi hec: et bona sunt et hec oīa ego. Bon⁹ ergo ē q fecit me: et ipse bonū meū: et illi exulto bonis oīb⁹ quibus etiam puer erā. Hoc eniz peccabā quod nō i ipso sed i creaturis ei⁹ me atque ceteras voluptates: sublimitates: veritates qrebā: atque ita irruebā i dolores cōfusiones errores. Gratias tibi dulcedo mea et honor meus et fiducia mea deus me⁹: gratias tibi de donis tuis: sed tu mihi ea serua. Ita eni seruabis me: et augebuntur et perficientur que dedisti mihi: et ero ipse tecum quia et vt sim tu dedisti mihi.

¶ Explicit liber primus.

Incipit secundus.

Recordari volo transactas feditates meas: et carnales corruptiones anime mee. non quod eas amez: sed vt amem te deus meus. Amore amoris tui facio istud: recolēs vias meas neqssimas in amaritudie recogitationis mee: vt tu dulcescas mihi dulcedo non fallax. dulcedo felix et secura: et colligens me a dispersione in qua frustatim discissus sum: dum ab vno te auersus in multa euanui. Exarsi eniz aliquando satiari in inferis in adolescentia: et siluescere ausus sum variis et vmbrosis amoribus. et contabuit species mea: et computrui coraz oculis tuis placens mihi: et placere cupiens oculis hominum. Et quid erat quod me delectabat: nisi amare et amari. sed non tenebatur modus ab animo vsque ad animum: quatenus est luminosus limes amicicie: sed exalabantur nebule de limosa concupiscentia carnis et scatebra pubertatis et obnubilabant atque offuscabant cor meum: vt non discerneretur serenitas dilectiōis a caligine libidinis Utrūque inconfuso estuabat: et rapiebat inbecillā etatem per abrupta cupiditatum: atque mersabat gurgite fla

gitiorum. Inualuerat ſuper me ira tua ⁊ neſciebā. Obſurdueram ſtridore catene mortalitatis mee: pena ſuperbie anime mee: et ibaꝫ longius a te: et ſine bas et iactabar ⁊ effundebar et diffluebam et ebulliebam per fornicationes meas ⁊ tacebas. O tardum gaudium meuꝫ tacebas tunc et ego ibam porro longe a te ī plurima et plura ſterilia ſemina dolorum ſuperba deiectione: et inquieta laſſitudine. Quis mihi moderaretur erūnā meam et nouiſſimaruꝫ rerum fugaces pulchritudines ī vſum verteret: earumque ſuauitatibus metas preſigeret: et vſque ad coniugale littus exeſtuarent fluctus etatis mee: ſi tranquillitas in eis non poterat eſſe ſine procreandorum liberoruꝫ contēta ſicut preſcribit lex tua domine: qui formas etiam propaginē mortalitatis noſtre potens imponere leuem manū ad temperamentuꝫ ſpinarum a paradiſo tuo ſecluſarum. Non enim longe eſt a nobis omnipotentia tua etiam cū lōge ſumus a te. Aut certe ſonitū nubiū tuarum vigilantius aduerteꝛeꝫ. Tribulationē autem carnis habebūt huiuſmodi: ego autē vobis ꝑco. Et bonum eſt hoī mulierē non tangere. Et qui ſine vxore eſt cogitat que ſunt dei quomodo placeat deo: Qui autē matrimonio iūctus eſt cogitat ea que ſūt mundi quomodo placeat vxori. Has ꝫ voces exaudire vigilantior: ⁊ abſciſſus propter regnū celorum felicior expectarē amplexꝰ tuos. Sꝫ efferbui miſer ſequens īpetuꝫ fluxus mei relicto te: et exceſſi omnia legitima tua: nec euaſi flagella tua. Quis eniꝫ hec mortalium. Nam ſēper aderas miſericorditer ſeuiens et amariſſimis aſpergēs offenſionibus omnes illicitas iocunditates meas: vt ita quererem ſine offenſione iocūdari: et vbi hec poſſē non inuenirem quicquam: preter te domine: preter te qui fingis dolorem in precepto: et ꝑcutis vt ſanes: et occidis nos ne moriamur abs te. Ubi eram et ꝙ longe exulabam a delitiis domus tue anno illo ſextodecimo etatis carnis mee cum accepit in me ſceptrū ⁊ totas manus ei dedi veſania libidinis licentioſe per dedecus humanū: illicite autē per leges tuas. Non fuit cura meorum ruentem excipere me matrimonio: ſed cura fuit tātū vt diſcerem ſermonem facere ꝙ optimum et perſuadere dictione. Et anno quidem illo ītermiſſa erant ſtudia mea dū mihi reducto a madauris ī qua vicina vrbe iam ceperā litterature atqꝫ oratorie ꝑcipiende gratia peregrinari lōgiquioris apud cartaginē ꝑegrinationis ſumptus preparabantur. animoſitate magis ꝙ opibus patris municipis thagaſtēſis ad modū tenuis. Cui narro hec. Neque enim tibi deus meus ſed apud te narro hec generi meo generi humano ꝙ̃tulacūqꝫ ex particula incidere poteſt in iſtas meas litteras. Et vt quid hec. Ut videlicet ego et quiſquis hec legit cogitemus de ꝙ profundo clamandum ſit ad te. Et quid propius auribus tuis ſi cor cōfitens et vita ex fide eſt. Quis enim non extollebat laudibus tunc hominū patrē meum: quod vltra vires rei familiaris ſue impenderet filio quicquid etiam longe ꝑegrināti ſtudiorum cauſa opꝰ eſſet. Multorum enim ciuium longe opulētior nullum tale negocium pro liberis erat: cum interea non ſatageret idē pater qualis creſcerē tibi aut ꝙ caſtus eſſem. dūmodo eſſē diſertus vel deſertꝰ potiꝰ a cultura tua

Cura parentū in erudiendo filio

deus qui es vnus verus ꝛ bonus do
minus agri tui cordis mei. Sȝ vbi se
xto illo ꝛ decimo āno īterposito ocio
ex necessitate domestica feriatus ab
oī scola cum parentibus eē cepi: ex/
cesserūt caput meū vepres libidinū:
ꝛ nulla erat eradicans manus. Quī/
īmo vbi me ille pater ī balneis vidit
pubescentē ꝛ inquieta indutū ado/
lescentia: quasi ia ex hoc in nepotes
gestiret gaudens matri īdicauit: gau
dens vinolētia: in qua te iste mund⁹
oblitus ē creatorē suuȝ: ꝛ creaturam
tuam: pro te amauit de vino inuisibi
li peruerse atqȝ inclinate in ima volū
tatis sue. Sed matris in pectore iam
incboaueras tēplū tuū ꝛ exordiū san
cte bitationis tue. Nā ille adhuc cha
tecuminus: ꝛ hoc recens erat. Itaqȝ
illa exiliuit pia trepidatiōe ac tremo/
re. ꝛ q̄uis mihi nōdū fideli. timuit tñ
vias distortas: in quibus ambulant
qui ponūt ad te tergum: ꝛ nō faciem
Hec mihi ꝛ audeo dicere tacuisse te
deus meus cum irem abs te longius
Ita ne tu tacebas tunc mihi? Et cu/
ius erant nisi tua verba illa per ma/
trem meam fidelem tuam que canta
sti in aures meas? Nec ide quicq̄ de
scēdit in cor vt facerē illud. Volebat
eni illa ꝛ secreto memini vt monuerit
cuȝ sollicitudine ingēti ne fornicarer
maxieqȝ ne adulterareȝ cuiusq̄ vxo
rem. Qui mihi mōitus muliebres vi
debantur: quibus obtemperare eru/
bescerem. Illi autē tui erant ꝛ nesci
ebam: ꝛ te tacere putabam atqȝ illaȝ
loqui per quā mihi tu non tacebas ꝛ
in illa cōtemnebaris a me filio eius:
filio ancille tue seruo tuo. Sed ne/
sciebam et preceps ibam tanta ceci/
tate: vt inter coetaneos meos pu/
deret me minoris dedecoris: q̄ audi
ebā eos iactātes flagitia sua: ꝛ tanto
gloriātes magis quāto magis turpes
essent: ꝛ libebat malū facere nō solū
libidine facti: veꝝ etiā laudis. Quid
dignū ē vituperatiōe: nisi viciū? Ego
ne vituperarer viciosior fiebā: ꝛ vbi ñ
suberat q̄ admisso equarer pditis: fin
gebā me fecisse q̄ nō fecerā: ne vide
rer abiectior q̄ erā inocētior: ꝛ ne vili
or haberer q̄ erā castior. Ecce cū qb⁹
comitib⁹ iter agebaȝ plateaꝝ babylo
nie: ꝛ volutabar ī ceno eius tanq̄ in
cinamomis ꝛ vnguētis preciosis: ꝛ in
vmbilico eius quo tenacius hereręȝ.
Calcabat me inimicus iuisibilis ꝛ se
seducebat me: qꝛ ego seductilis eraȝ.
Nō eni ꝛ illa que iam de medio ba/
bilonis fugerat: sed ibat in ceteris ei⁹
tardior mater carnis mee: sicut monu
it me pudiciciaȝ: ita curauit qđ de me
a viro suo audierat. Jāque pestilenti
osuȝ ꝛ ī posterum periculosum sentie
bat coercere termino cōiugalis affe/
ctus si resecari ad viuuȝ non poterat
Non curauit hoc quia metus erat ne
impediretur spes mea compede vxo/
ria. Non spes illa quaȝ ī te futuri se/
culi habebat mater: sed spes litteraꝝ
quas vt noscem nimis volebat parēs
vterqȝ: Ille quia de te prope nihil co
gitabat: de me autem inania: illa aūt
qꝛ nō soluȝ nullo detrimēto: sed etiā
nonnullo adiumento ad te adipiscen
dum pro futura existimabat vsitata
illa studia doctrine. Ita eniȝ conicio
recolēs vt possuȝ mores parētū meo/
ruȝ. Relaxabāt etiā mihi ad ludēduȝ
habene vltra tēpamētū seueritatis ī
dissolutionē affectionū variaꝝ: ꝛ ī oī/
b⁹ erat caligo ītercludēs mihi de⁹ me
us serenitateȝ veritatis tue: ꝛ prodi/
bat tanq̄ ex adipe iniquitas mea.
Furtum certe punit lex tua dñe ꝛ

lex scripta in cordibus hominum quā
ne ipsa qdem delet iniquitas. Quis
enim fur equo animo furez patitur?
Nec copiosus ad actū iopia. Et ego
furtū facere volui et feci nulla ꝯpul/
sus egestate: nisi penuria et fastidio
iusticie ⁊ sagina iniqtatis. Nā id fura
t⁹ suz qđ mihi abūdabat et multo me
lius. Nec ea re volebā frui quā furto
appetebam sed ipso furto et peccato.
Arbor erat pir⁹ i vicinia vinee nostre
pomis onusta nec forma nec sapore il
lecebrosis. Ad hāc excutiēdā atqꝫ as
portādā nequissimi adolescētuli ꝑ/
reximus nocte itēpesta: quousꝫ ludū
đ pestilētie more i areis ꝑduxeram⁹.
⁊ abstulimus īde onera īgētia: nō ad
nostras epulas: sed vel ꝓiiciēda por/
cis etiā si aliqd īde comedimus: dum
tamē fieret a nobis ꝙ eo liberet quo
nō liceret. Ecce cor meū deus meus
ecce cor meū quod miserat⁹ es i imo
abissi: dicat tibi nūc cor meū qd ibi q̄/
rebat vt essē gratis malus: ⁊ malicie
mee causa nulla eēt nisi malicia. Fe/
da erat et amaui eam. Amaui perire
amaui defectū meū nō illud ad quod
deficiebā: sed defectū meū ipsū ama/
ui turpis anima et dissiliēs a firma/
mēto tuo i exterminiū nō đ đcore ali
quid sꝫ dedecus appetēs. Etenī spe/
cies est pulchris corporib⁹ ⁊ auro ⁊ ar
gēto ⁊ omnib⁹ ⁊ i cōtactu carnis cō/
gruētia valet plurimū: ceterisqꝫ sen/
sibus est sua cuiqꝫ accōmodata mo/
dificatio corporuꝫ. Habet etiā honor
tēporalis ⁊ iperitādi atqꝫ superādi po
tētia suū đc⁹: vñ etiā vidicte auiditas
oritur. Et tamē i cūcta hec adipiscen
da ñ ē egrediēdū abs te dñe neqꝫ de/
uiādū a lege tua. Et vita q̄ hic viuim⁹
habet illecebrā ꝓpter quēdā modum
decoris sui ⁊ ꝯueniētiā cū his omnib⁹
īfimis pulchris. Amicicia q̄qꝫ hoīuꝫ
caro modo dulcis est ꝓpter vnitatē
de multis animis. Propter vniuersa
hec atqꝫ huiusmodi pctm̄ admittitur
dū imoderata i ista iclinatōe cū ex/
trema bona sint meliora ⁊ sūma dese
rūtur tu dñe de⁹ noster ⁊ veritas tua
⁊ lex tua. Habēt eni ⁊ hec ima dele/
ctatōes: sed nō sicut deus meus: q fe/
cit oīa: qr i ipso đlectaꝛ iust⁹ ⁊ ipse ē
delicie rectoꝝ corde. Cū itaqꝫ de fa/
cinore q̄rit̄ q̄ causa factū sit: credi nō
solet nisi cū apperit⁹ adipiscēdi alicui⁹
illoꝝ bonoꝝ q̄ īfima dixim⁹ esse potu
isse apparuerit: aut metus amittēdi.
Pulchra sūt.n. ⁊ decora q̄q̄ ꝑ bonis
supiorib⁹ ⁊ btīficis abiecta ⁊ iacētia.
Homicidiū fecit. Cur fecit? Adama/
uit ei⁹ ꝯiugē aut ꝑdiū: aut voluit de/
ꝑdari vnde viueret: aut timuit ab illo
tale aliquid amittere: aut lesus vlcisci
se exarsit. Nū homicidiū sine causa fa
ceret ipo homicidio delectat⁹? Quis
crediderit? Nā ⁊ de quo dictū ē ve/
cordi ⁊ nimis crudeli hoīe ꝙ gratuito
poti⁹ malus atqꝫ crudelis erat: ꝑdicta
ē tamē causa ne ꝑ ociū iquit torpesce
ret man⁹ aut animus. Quare id quo/
qꝫ? Cur ita? Ut scilicet illa exercita/
tōe sceleꝝ capta vrbe honores ipe/
ria diuitias assequeret̄: ⁊ careret me/
tu legū ⁊ difficultate reꝝ ꝓpter iopiā
rei familiaris ⁊ ꝯsciētiā sceleꝝ. Nec
ipse igit̄ catilina amauit facinora sua:
sed vtiqꝫ aliud: cui⁹ causa illa facie/
bat. Quid ego miser i te amaui o fur
tum meū: o facinus illud nocturnum
sextidecimi anni etatis mee? Nō eni
pulchrum erās cum furtuꝫ esses. Aut
vero aliqd es vt loquar ad te? Pul/
chra erāt poma illa que furati sumus
quoniā creatura tua erāt pulcherri/
me omniū creator omniū deus bone

deus summũ bonũ ꝛ bonũ veꝝ meũ
Pulchra erãt illa poma sed non ipsa
concupiuit aīa mea miserabilis. Erat
eniȝ mihi melioꝝ copia: illa aũt decer
psi tantũ vt furarer. Nã decerpta ꝓ
ieci epulat⁹: ide sola iniqtate qua le/
tabar fruẽs. Nã ꝛ si qd illoꝝ pomoꝝ
itrauit i os meũ ꝯdimẽtũ ibi facinus
erat. Et nũc dñe deus me⁹ quero qd
ĩ me furto dlectauerit: ꝛ ecce species
nulla est. Nõ dico sicut i eqtate atq̈
prudẽtia sȝ neq̈ sicut i mẽte hoīs at/
q̈ memoria ꝛ sensibus et vegetante
vita. Neq̈ sicut speciosa sunt sidera ꝛ
decora locis suis ꝛ terra ꝛ mare ple/
na fetibus q succedũt nascẽdo dece/
dẽtibus nõ saltẽ vt est quedã defecti/
ua species ꝛ vmbratica viciis fallẽti/
bus. Nã ꝛ supbia celsitudinẽ imitat̃
cũ tu scis vnus super oīa deus excel
sus. Et ambitio quid nisi honores q̃/
rit ꝛ gloriã: cũ tu sis pre cũctis hono/
rãdus vnus ꝛ gloriosus i eternũ? Et
seuicia potestatũ timeri vl't. Quis ãt
timẽdus nisi vnus deus? cuius pote
stati eripi aut subtrahi qd potest quã
do: et vbi: aut quo: vel a quo potest?
Et blãditie lasciuiẽtiũ amari volũt:
sed neq̈ blãdius est aliquid tua cari/
tate: nec amatur quicq̈ salubrius q̈
illa pre cunctis formosa ꝛ luminosa
veritas tua. Et curiositas affectare vi
detur studiũ sciẽtie: cũ tu oīa summe
noueris. Ignorantia quoq̈ ipsa atq̈
stulticia simplicitatis ꝛ inocẽtie noīe
tegitur: quia te simplicius quicq̃ non
reperitur. Quid auteȝ te ĩnocentius
quãdoquidẽ opera sua malis inimi/
ca sũt? Et ignauia quasi quietẽ appe
tit. Que vero quies certa preter do/
minũ? Luxuria satietatẽ atq̈ abũdã
tiã se cupit vocari: tu aũt es plenitu/
do ꝛ ideficiẽs copia ĩcorruptibilis sua
uitatis. Effusio liberalitatis obtẽdit
vmbrã: sed bonoꝝ oīuȝ largitor afflu
entissimus tu es. Auaricia multa pos
sidere vult ꝛ tu possides oīa. Inui/
dia de excellẽtia litigat: qd te excel/
lẽtius? Ira vindictã querit: te iustius
quis vindicat? Timor ĩsolita ꝛ repẽ
tina exhorrescit rebus que amantur:
aduersantia dũ precauet securitati.
tibi enim quid ĩsolitũ quid repẽtinuȝ
Aut quis a te separat quos diligis?
Aut vbi nisi apud te firma securitas?
Tristicia rebus amissis contabescit:
quibus se oblectabat cupiditas: quia
ita sibi nollet sic̃ tibi auferri nihil po/
test. Ita fornicatur anima cũ auerti/
tur abs te: ꝛ querit extra te ea q̃ pu/
ra ꝛ liquida nõ ĩuenit nisi cũ redit ad
te. Peruerse te imitãtur oẽs q longe
se a te faciũt ꝛ extollũt se aduersuȝ te
Sed etiã sic te imitãdo ĩdicãt creato/
reȝ te eẽ oīs nature: ꝛ ideo nõ eẽ quo
a te omni modo recedatur. Quid er/
go in illo furto ego dilexi: ꝛ i quo dñȝ
meũ vel viciose atq̈ peruerse imita
tus sũ? An libuit facere ꝯtra legẽ: sal
tẽ fallacia quia potẽtatu nõ poteraȝ?
vt maneã libertate captiuus imita/
rer faciẽdo ĩpune quod nõ liceret te
nebrosa omnipotentie tue similitudi/
ne. Ecce est ille seruus fugiens dñm
suũ: ꝛ ꝯsecutus vmbraȝ. O putredo.
O monstrũ vite ꝛ mortis profundi/
tas. Potuitne libere quod non lice/
bat non ob aliud nisi quia nõ licebat?
Quid retribuã dño quod recolit hec
memoria mea: ꝛ anima mea non me/
tuit inde? Diligã te dñe: ꝛ gratias agaȝ
ꝛ ꝯfitear nomini tuo: quoniam tanta
dimisisti mihi mala ꝛ nefaria opa mea
Gratie tue ꝯputo ꝛ misericordie tue q̈

peccata mea tanq̃ glaciem soluisti: gratie tue deputo ⁊ quecūqꝫ nō feci mala. Quid eniꝫ nō facere potui: qui etiā gratuitum facin⁹ amaui? Et oīa mihi dimissa esse fateor ⁊ q̄ mea sponte feci mala et que te duce non feci. Quis est hominum: qui suaꝫ cogitās infirmitatē: audet uiribus suis tribuere castitatē atqꝫ inocētiā suā: vt minus amet te: quasi minus ei necessaria fuerit mi̅icordia tua: qua donas peccata cōuersis ad te. Qui enim vocatus a te secutus ē vocē tuā: et uitauit ea que me de meipso recordātez et fatētē legit: nō me derideat ab eo medico egrū sanari: a quo sibi prestitum ē vt nō egrotaret: vel potius vt minus egrotaret: ideo te tātūdē imo vero amplius diligat: quia per quem me videt tantis peccatorum meoruꝫ languoribus exui: per euꝫ se videt tātis peccatorum languoribus non implicari. Quem fructum habui miser aliquando in his que nunc recolens erubesco: maxime in illo furto. ī quo illum furtum amaui nihil aliud cum et ipsum esset nihil? Et eo ipso ego miserior. Et tamen solus id non fecissem: si recordor animum tunc meum: solus omnimodo id non fecissē. Ergo ibi amaui etiam consortium eoꝝ cuꝫ quibus id feci: Non ergo nihil aliud q̃ꝫ furtum amaui: imo vero nihil aliud quia et illud nihil est. Quid reuera? Quis est qui doceat me: nisi qui illuminat cor meū ⁊ discernit vmbras eius? Quid est quod mihi venit in mentem querere ⁊ discutere ⁊ considerare. Quia si tūc amarem poma illa que furatus sum: ⁊ eis frui cuperem: possem etiam solus si satis esset committere illam iniquitatem: qua

peruenirē ad voluntatem meaꝫ: nec confricatione consciorum animoruꝫ accenderem pruritū cupiditatis mee Sed quoniam ī illis pomis voluptas mihi ñ erat ea erat ī ip̄o facinore quā faciebat consortium simul peccantiū Quid erat ille affectus animi? Certe enim plane turpis erat nimis: et veh mihi erat qui habebam illum: Sed tamen quid erat? Delicta quis intelligit? Risus erat: quasi titillato corde: q̄ fallebamus eos: qui hec a nobis fieri non putabant: et vehementer nolebāt. Cur ergo eo me delectabat: quo id non faciebam solus? An quia etiam nemo facile solus ridet? Nemo quidem facile: sed tamen etiā solos et singulos homines: cum alius nemo presens est vincit risus aliquando: si aliquid nimie ridiculū vel sensibus occurrerit vel animo. At ego illud solus non facerem: non facerem omnino solus: Ecce est coram te deus meus viua recordatio animi mee: solus non facerem furtum illud: in quo me non libebat id quod furabar: sed quia furabar quod me solum facere prorsus non liberet nec facerem. O nimis inimica amicicia seductio mentis inuestigabilis ex ludo et ioco nocendi auiditas et alieni damni appetitus: nulla lucri mei nulla vlciscendi libidine. Sed cum dicitur eamus faciamus et pudet non esse impudentem. Quis exaperit istam tortuosissimam et implicatissimam nodositatem. Feda est: nolo in eam intendere: nolo eam videre. Te volo iusticia et innocentia pulchra et decora: honestis luminib⁹ ⁊ īsatiabili satietate. quies ē apud te valde ⁊ vita imperturbabilis. Qui

itrat in te: intrat i gaudiũ dñi sui: ꝛ nõ timebit: ꝛ habebit se optime i optimo Defluxi abs te ego: ꝛ erraui deꝰ meꝰ nimis deuiꝰ ab stabilitate tua i adolescẽtia: ꝛ factꝰ sũ mihi regio egestatis.

Explicit liber secũdus icipit tertiꝰ.

Veni cartaginẽ: et circunstrepebat me vndiqʒ sartago flagitiorum amorũ. Nondũ amabã: ꝛ amare amabam: ꝛ secretiore indigentia oderam me minus indigentem. Querebam quid amarem amans amari: et oderam securitatem et viam sine muscipulis: quoniam fames mihi erat intus ab interiori cibo teipso deus meus: ꝛ ea fame non esuriebam: sed erã sine desiderio alimẽtorum incorruptibiliũ. nõ quia plenus eis eram: sed quo inanior ꝛ fastidiosior. Et ideo nõ bene valebat anima mea: ꝛ vlcerosa proiiciebat se foras miserabiliter scalpi auida cõtactu sensibiliuʒ. Sed si nõ haberẽt animam nõ vtiqʒ amarentur. Amare ꝛ amari dulce mihi erat: magis si etiã amãtis corpore fruerer. Venam igiť amicitie coiquinabã sordibus concupiscentie: candorẽ qʒ eius obnubilabã de tartaro libidinis: ꝛ tamẽ fedus atqʒ ihonestus elegans ꝛ vrbanus esse gestiebã abundanti vanitate. Rui etiã in amorem quo cupiebam capi. Deus meus misericordia mea quanto felle mihi per suauitatẽ illam ꝛ ꝙ̃ bonus aspersisti quia ꝛ amatus sum ꝛ perueni occulte ad vinculum fruendi: ꝛ colligabar letus erũnosis nexibus vt cederer virgis ferreis ardentibus zeli ꝛ suspitionũ ꝛ timorũ ꝛ iraꝝ atqʒ rixarũ. Rapiebant me spectacula theatrica plena imaginibus miseriaꝝ mearũ: ꝛ fomitibus ignis mei. Quid: ꝙ homo ibi vult dolere cũ spectat luctuosa ꝛ tragica: que tamẽ pati ipse nollet? Et tamẽ pati vult ex eis dolorẽ spectator. ꝛ dolor ipse est voluptas eius Quid: nisi miserabilis isania? Nam eo magis eis mouetur quisqʒ: quo minꝰ a talibus sanus est affectibus: ꝙ̃ꝗ̃ cũ ipse patiť miŝia cũ aliis cõpatitur misericordia dici solet. Sed qualis tandem misericordia in rebus fictis et scenicis? Non enim ad subueniendum prouocatur auditor: sed tantuʒ ad dolendum inuitatur. Et actori earum imaginum amplius fauet: cũ amplius dolet. Et si calamitates ille hominũ vel antique vel false sic agãtur: vt qui spectat nõ doleat: abscedit idẽ fastidiens ꝛ reprehẽdẽs. Si aũt doleat: manet itẽtus ꝛ gaudens. Lachrime ergo amantur ꝛ dolores. Certe oĩs homo gaudere vult. An cũ miseꝝ neminẽ esse libeat: libet tñ esse miŝicordeʒ: qꝛ nõ sine dolore hac vna causa amantur dolores: ꝛ hoc de illa vena amicitie est. Sed quo vadit: quo fluit? Vt quid decurrit i torrẽtẽ picis bulliẽtis estus: inmanes tetraꝝ libidinum: in quos ipsa mutať ꝛ vertitur: per nutum proprium de celesti serenitate detorta atqʒ delecta. Repudietur ergo misericordia? Nequaquaʒ. Ergo amentur dolores aliquãdo. Sed caue immundiciam anima mea sub tutore deo meo: deo patruʒ nostrorum ꝛ laudabili ꝛ superexaltato in omnia secula: caue immundiciam. Neque enim nunc non misereor sed tunc in theatris cum gaudebam amantibus: cum sese fruebantur per flagitia: ꝙ̃uis hec imaginarie gererent in ludo spectaculi. Cum aũt sese amittebant: quasi misericors cõtristabar: ꝛ vtrunqʒ me delectabat tamẽ.

Nunc vero magis misereoꝛ gauden
tē i flagitio: ꝙ velut dura ꝑpessū de/
trimento ꝑnicioſe voluptatis ⁊ amiſ
ſione miſere felicitatis. Hec certe ve
rioꝛ misericoꝛdia: ſed non ī ea delecta
tur coꝛ. Nā ⁊ ſi approbat̄ officio cari
tatis q dolet miſ̄um: mallet tm̄ vtiqꝫ
nō eſſe ꝙ doleret q germanitus miſe
ricoꝛs ē ſin maliuola beniuolētia qđ
fieri nō poteſt: poteſt ⁊ ille qui vera/
citer ſinceriterqꝫ miſeret̄ cupere eſſe
miſeros vt miſ̄eat̄. Non vllus itaqꝫ
doloꝛ appꝛobandus: nullus amādus
eſt. Hoc enim tu dn̄e deus q animas
amas: longe alteqꝫ purius q̄ȝ nos et
īcoꝛꝛuptibilius misereris: ꝙ nullo do
loꝛe sauciaris. Et ad hec quis idone/
us? At ego tunc miſer dolere ama/
bam ⁊ querebam vt eſſet quod dole
reȝ quando mihi in erumna aliena ⁊
falſa ⁊ ſaltatoria ea magis placebat
actio hyſtriōis. neqꝫ alliciebat vehe/
mentius. qua mihi lachꝛyme excutie
bantur. Quid autem mirum: cum in/
felix pecus aberrans a grege tuo: ⁊
īpatiens cuſtodie tue turpi ſcabie fe
darer? Et inde erant doloꝛum amo/
res: nō quibus altius penetrarer: nō
enim amabam talia ꝑpeti qualia ſpe/
ctarem: ſed quibus auditis ⁊ fictis
tāqꝫ in ſuperficie raderer: q̄ſ tm̄ quaſi
vngues ſcalpentiuȝ feruidus tumoꝛ
⁊ tabes ⁊ſanies hoꝛꝛida conſequebat̄
Talis vita mea: nūquid vita erat dš
meꝰ? Et circūuolabat ſuper me fide
lis a longe miſericoꝛdia tua. In quā/
tas iniquitates diſtabui: ⁊ ſacrilega
curioſitate ſecutus ſum: vt deſerentē
te deduceret me ad ima infida ⁊ cir/
cunuentoꝛia obſequia demonioꝛuȝ:
quibus immolabaȝ facta mea mala.
⁊ in omnibus flagellabas me. Auſus
ſum etiam in celebꝛitate ſolēnitatuȝ
tuarum inter parietes eccleſie tue cō
cupiſcere et agere negocium pꝛocu/
rādi fructus moꝛtis. Unde me ver/
beraſti grauibus penis: ſed nihil ad
culpam meam. O tu pregrandis mi
ſericoꝛdia mea deus meus: refugiuȝ
meum a terribilibus nocentibus in
quibus vagatus ſum pꝛeſidenti col/
lo a longe recedendo a te: amans vi/
as meas ⁊ nō tuas: amans fugitiuam
libertatem. Habebant ⁊ illa ſtudia q̄
honeſta vocabantur ductum ſuum ī/
tuentem foꝛa litigioſa: vt excellerem
in eis: hec laudabilioꝛ quo fraudulen
tioꝛ. Tanta eſt cecitas hominum de
cecitate etiam gloꝛiantium: et maioꝛ
iam eram in ſcola rhetoꝛis: ⁊ gaude/
bam ſuperbe: ⁊ tumebam typo ꝙqꝫ
lōge ſedatioꝛ: domine tu ſcis: ⁊ remo/
tus omnino ab euerſionibus quas fa
ciebant euerſoꝛes. Hoc enim ſce/
uum nomen ⁊ diabolicum velut īſi/
gne vrbanitatis eſt: inter quos viue/
bam pudoꝛe impudenti: quia talis nō
eram ⁊ cum eis eram. Et amicitijs eo
ruȝ delectabar aliquādo a quoꝛuȝ ſē
per factis abhorrebaȝ: h̄ eſt ab euer/
ſionibus quibus pꝛoterue inſectabāt̄
ignotoꝛum verecundiam: quā ꝑturba
rent gratis illudēdo: atqꝫ inde paſcē
do maliuolas leticias ſuas. Nihil
eſt illo actu ſimilius actibus demo/
nioꝛum. Quid itaqꝫ verius ꝙ euer
ſoꝛes vocantur? Euerſi plane pꝛius
ipſi atqꝫ peruerſi deridentibus eos ⁊
ſeducentibus fallacibus occulte ſpiri
tibus: in eo ipſo q̊ alios irridere amāt
⁊ fallere. Inter hos ego ībecilla tunc
etate diſcebam libꝛos eloquentie: in
q̄ eminere cupiebā fine dānabili ⁊ vē
toſo ꝑ gaudia vanitatis hūane: ⁊ vſi/
tato iā diſcēdi oꝛdine ꝑuenerā ī libꝝ
quēdā cuiuſdā ciceronis: cuiꝰ linguā

de studio sacre scripture

fere oēs mirātur: pectꝰ non ita. Sed liber ille ipiꝰ exhortationē cōtinet ad phiā: ꝛ vocatᷣ hortēsius: ille vero lib mutauit affectū meū: ꝛ ad teipꝫ dn̄e mutauit ꝓces meas ꝛ vota ac desideria mea fecit alia. Uiluit mihi repēte oīs vana spes: ꝛ īmortalitatē sapie cōcupiscebā estu cordis īcredibili: ꝛ surgē iā cepā vt ad te redirē. Nō.n. ad acuēdā liguā: qđ videbar emere maťnis mercedibꝰ: cū agerē ānū etatis vndeuigesimū: iā defūcto pr̄e an̄ bienniū. Nō ğ ad acuēdā liguā referebā illuꝫ librum. neqꝫ mihi locutionē. ſꝫ qđ loquebatur ꝑsuaserat. Quomō ardebā đs meꝰ quō ardebā reuolare a ťrenis ad te: ꝛ nesciebā qd ageres mecum.

amor sapie

pe in foro fuit pedissequus. Queȝ po
stea q̄ recoluit alipiꝰ architecto inti/
mauit. At ille securiȝ demonstrauit
puero querēs ab eo cuiꝰ eēt. Qui cō
festiȝ nostra inquit. Deīde īterrogatꝰ
aperuit cetera. Sic ī illā domū trāsla
ta causa cōfusisq̄ turbis que de illo
triūphare iaȝ ceperant. futurꝰ dispē/
sator verbi tui. ⁊ multarū in ecclesia
tua causaꝝ examinator experientior
instructiorque discessit. Hūc ergo ro
me īuenerā: ⁊ adhesit mihi, fortissimo
vīculo: mecumque mediolanū profe
ctus est: vt nec me desereret: ⁊ de iu/
re qđ didicerat aliquid ageret: secun
dū votuȝ magis parentū q̄ suū. Et ī
teriȝ assederat mirabili cōtinētia cete

ris:cum ille magis miraretur eos qui
aurū inocētie ꝑponerēt. Tēptata est
quoqꝫ ei⁹indoles nō solū illecebra cu
piditatis:sed etiā stimulo timoris. Ro
me assidebat comiti largitionuz itali/
carū. Erat eo tempore quidā potētis/
simus senator:cuius ꝛ beneficiis ob/
stricti multi ꝛ terrori subditi erāt. Uo
luit sibi licere nescio quid ex more po
tentie sue qđ esset ꝑ leges illicitū. Re
stitit alipius. Promissū ē ꝓmiū: irrisit
animo. Protente mine:calcauit: mi/
rātibus omnibus iusitatā animā: que
hominē tantū ꝛ innumerabilibus pre
stādi nocēdiqꝫ modis ingēti fama ce/
lebratū. vel amicū nō optaret vel nō
formidaret inimicū. Ipse autē iudex
cui cōsiliarius erat:quāuis ꝛ ipse fieri
nollet:nō tamē aperte recusabat: sed
ī istū causā trāsferēs ab eo se nō ꝑmit
ti asserebat:quia reuera si ipse face/
ret:iste discederet. Hoc solo autē pe/
ne iā illectus erat,studio litterario: vt
preciis ꝓtorianis codices sibi cōficiē/
dos curaret. Sed cōsulta iusticia de/
liberationē in melius vertit: vtiliorē
iudicans equitatē qua prohibebatur
ꝙꝫ potestatem qua sinebatur. Parū
est hoc:sed qui ī ꝑuo fidelis est ꝛ ī ma
gno fidelis est: Nec vllo modo erit ī
ane quod tue veritatis ore processit:
Si in iiusto mām̄ona fideles ñ fuistis
quod vestrū est:quis credet vobis?
Et si in alieno fideles nō fuistis:quod
vestrū est:quis dabit vobis? Talis
ille tunc īherebat mihi:mecūqꝫ nuta/
bat in consilio quis nā esset tenendus
vite modus. Nebridius etiaz q reli/
cta patria vicina carthagini atqꝫ ip̄a
carthagine vbi frequētissimus erat:
relicto paterno rure optimo: relicta
domo:ꝛ nō secutura matre: nullā ob
aliā causā mediolanū venerat:nisi vt

mecū viueret in flagrantissimo studio
veritatis atque sapientie: pariter su/
spirabat pariterqꝫ fluctuabat beate
vite inq̄sitor ardens:ꝛ questionū diffi
cillimaruz scrutator acerrimus. Et
erant ora triū egētiū ꝛ inopiā suā sibi
met inuicē anhelātiū ꝛ a te expectāti
um vt dares eis escā in tēpore oppor
tuno:ꝛ in omni amaritudine que no/
stros seculares actus de misericordia
tua sequebatur:intuentibus nobis fi
nē cur ea pateremur: occurrebāt te/
nebre ꝛ auersabamur gemētes:ꝛ di/
cebamus. Quā diu hec? Et hoc cre/
bro dicebam⁹:ꝛ dicentes nō relique
bamus ea:quia nō elucebat certū ali
quid quod illis relictis apprehendere
mus. Et ego maxime mirabar sata/
gens ꝛ recolens ꝙꝫ longū tēpus esset
ab vndeuigesimo ānno etatis mee:quo
feruere ceperā studio sapientie:dispo
nēs ea iuēta reliquere omnes vanaꝝ
cupiditatū spes ianes ꝛ insanias mē/
daces:ꝛ ecce iā trecinariā etatē gere
baz in eodē luto hesitās auiditate fru
endi presentib⁹ fugiētib⁹ ꝛ dissipanti
bus me:dū dico cras iueniā ecce ma/
nifestū apparebit ꝛ tenebo ꝛ ecce fau
stus veniet ꝛ exponet omnia. O ma/
gni viri achademici:nihil ad degēdā
vitam certi cōprehēdi potest. Immo
queram⁹ diligenti⁹ ꝛ nō desperemus
Ecce iā nō sūt absurda ī libris ecclesi
asticis que absurda videbāt: ꝛ possūt
aliter atque honeste intelligi. Figam
pedes in eo gradu in quo puer a pa/
rentibus positus eram: donec in/
ueniatur perspicua veritas. Sed
vbi queretur quando queretur?
Non vacat ambrosio non vacat le/
gere. Ubi ipsos codices querim⁹? vn
de aut quando comparamus? a qui/
bus sumimus? Deputentur tempora:

distribuantur hore pro salute anime. Magna spes oborta est. Non docet catholica fides qd putabamꝰ ⁊ vani accusabamꝰ. Nefas habēt docti eius credere deuz figura humani corporis terminatuz: ⁊ dubitamꝰ pulsare quo aperiantur cetera? Ante meridianas horas discipuli occupant. Ceteris qd facimus? cur non id agimus? Sed qn̄ salutamus amicos maiores: quorum suffragiis opus habemus? Quando preparamus quod emant scolastici? Quando reparamus nos ipsos: laxā/do animuz ab intentiōe curaruz? Pe/reant omnia ⁊ dimittamꝰ hec vana ⁊ inania: cōferamꝰ nos ad solam inquisi/tionē veritatis. Uita hec misera est: mors incerta. Si subito subrepat: quo modo hinc exibimꝰ? Et vbi nobis di/scenda sūt que hic neglexim9? An nō potius huiꝰ negligentie supplicia luē/da sūt? Quid si mors ipsa oēm curaz cū sensu amputabit ⁊ finiet? Ergo ⁊ hoc querendū. Sed absit vt ita sit. Nō vacat non est inane qꝑ tam emi/nēs culmē auctoritatis christiāe fidei toto orbe diffūdit. Nūq̄ tāta ⁊ talia ꝓ nobis diuinitꝰ agerent: si morte cor/poris etiaz vita anime cōsumeretur. Quid cunctamur igitur relicta spe se/culi cōferre nos totos ad querenduz deuz ⁊ vitam beatam? Sed expecta. Jocunda sunt etiam ista: habent non paruaz dulcedinez suam. Non facile ab eis precidēda est intentio quia tur/pe est ad ea rursum redire. Ecce iam q̄tuz est vt impetretur aliquis honor Et quid amplius in his desiderandū? Suppetit amicorū maioruz copia: vt nihil aliud: ⁊ multum festinemus: vel presidatus dari potest ⁊ ducēda vxor cum aliqua pecunia ne sumptum no/strū grauet: ⁊ ille erit modus cupidita/tis. Multi magni viri ⁊ imitatiōe di/gnissimi sapientie studio cuz coniugi/bus dediti fuerunt. Cū hoc dicebaz ⁊ alternabāt hi vēti ⁊ impellebant huc atque illuc cor meuz. transibant tēpo/ra: ⁊ tardabam conuerti ad deum: ⁊ differebam de die in diem viuere i te ⁊ non differebam quotidie in memet ipso mori: amans beatam vitam: time/baz illā in sede sua: ⁊ ab ea fugiēs que/rebā eaz. Putabaz enim me miserum fore nimis si femine priuarer ample/xibus: ⁊ medicinam misericordie tue ad eādē infirmitatē sanādā nō cogita/bā: quia expertꝰ non eraz. Et propria/ruz virium credebaz esse continētiaz: quarum mihi nō eram conscius: cum tam stultus essez vt nescirez: sicut scri/ptū est: neminez esse posse cōtinentez nisi tu dederis. Utique dares: si ge/mitu interno pulsarez aures tuas: ⁊ si de solida in te iactarez curaz meam. Prohibebat me sane alipius ab vxo/re ducēda cantās nullo modo nos pos/se securo ocio simul i amore sapientie viuere: sicut iam diu desideraueramꝰ si id fecissez. Erat eniz ipse i ea re etiā tūc castissimꝰ: ita vt mirꝫ eēt: qr vel ex/perietiā ꝯcubitꝰ ceperat i igressu ado/lescētie sue: sꝫ n̄ heserat: magis dolue/rat ⁊ spreuerat: ⁊ deīde iā ꝯtinētissime viuebat. Ego aūt resistebā illi exēplis eoꝝ q ꝯiugati coluissēt sapiētiā: ⁊ pro/meruissēt deū: ⁊ habuissēt fidelit ac di/lexissēt amicos. A q̄rū qdē ego grādi/tate animi lōge aberā: ⁊ delicatꝰ mor/bo carnis mortifera suauitate trahe/bam catenam meam solui timens. ⁊ quasi ꝯcusso vulnere repellens verba bene suadentis: tanquā manū soluen/tis. Insuper etiaz per me ipsi quoque alipio loquebatur serpens: ⁊ innecta/bat atque spargebat per linguaz meā

dulces laqueos ĩ uia eiꝰ quibꝰ illi honesti ⁊ expediti pedes implicarentur Cuȝ enĩ me ille miraretur quem non paruipẽderet ita herere visco illiꝰ voluptatis: vt me affirmarẽ: quotiẽscunque inde iter nos quereremꝰ: celibeȝ vitã nullo modo posse degere: atque ita me defenderẽ cũ illuȝ mirãteȝ viderẽ: ⁊ dicereȝ multũ itéresse iter illud qḋ ipse raptiȝ ⁊ furtiȝ expertꝰ eẽt qḋ pene iaȝ nec meminisset quidẽ: atque ideo nulla molestia facile cõtemneret: ⁊ delectatiões cõsuetudis mee ad quas si accessisset honestuȝ nomen matrimonii: nõ eum mirari oportere: cur ego illaȝ vitaȝ nequirẽ spernere: ceperat ⁊ ip̃e desiderare cõiugiũ: nequaq̃ victꝰ libidine talis voluptatis: sed curiositatis. Dicebat enim scire se cupere quidnam esset illud: sine quo vita mea que illi sic placebat: nõ mihi vita sed pena videretur. Stupebat enĩ ille liber ab illo vinculo animꝰ seruituteȝ meaȝ: ⁊ stupendo ibat ĩ experiendi cupidineȝ vẽturꝰ ĩ ipsaȝ experiẽtiã: atq3 ĩde fortasse lapsurꝰ ĩ eaȝ quã stupebat fuiturẽ: quoniaȝ sponsioneȝ volebat facere cũ morte. Et q amat periculũ: incidet ĩ illud. Neutrũ eniȝ nostrũ si qḋ ẽ cõiugale decꝰ ĩ officio regẽdi matrimonii: ⁊ sucipiẽdoꝝ liberoruȝ ducebat nisi tenuit. Magna aũt ex parte atque vehementer cõsuetudo satiande ĩsatiabilis concupiscentie me captũ excruciabat: illũ autem admiratio capiẽduȝ trahebat. Sic eramus. donec tu altissime non deserẽs humũ nostraȝ: miseratꝰ miseros subuenires miris ⁊ occultis modis: ⁊ ĩstabatur ĩpigre vt ducerẽ vxorẽ. Iaȝ petebã: iã promittebat maxĩe matre dãte operã quo me iã cõiugatũ baptismus salutaris ablueret: quo me ĩ dies gaudebat aptari: ⁊ vota sua ac promissa tua in mea fide compleri animaduertebat: cũ sane ⁊ rogatu meo ⁊ desiderio suo forti clamore cordis abs te deprecaretur quotidie: vt ei per uisum ostẽderes aliquid de futuro matrimonio meo: nũquã voluisti. Et videbat quedã vana ⁊ phantastica: prout cogebat impetus de hac re satagentis humani spiritus: ⁊ narrabat mihi non cũ fiducia qua solebat cũ tu demonstrares cõtẽnẽs ea. Dicebat enim discernere se nescio quo sapore quẽ verbis explicare nõ poterat: quid interesset inter reuelantẽ te ⁊ animã suam somniantẽ. Instabatur tamẽ: ⁊ puella petebatur: cuius etas ferme biennio minus q̃ nubilis erat. Et quia ea placebat: expectabat̃. Et mlta amici agitaueramus animo: ⁊ colloquentes ac detestãtes turbulẽtas humane vite molestias: pene iã firmaueramus remoti a turbis ociose viuere: id ocium sic moliti vt siquid habere possemus: ꝯferretur in mediũ: vnãq3 rẽ familiarẽ cõflaremus ex omnibus vt p amicicie sinceritatẽ nõ eẽt aliud huiꝰ ⁊ aliud illius: sed quod ex cũctis fieret vnum: ⁊ vniuersũ singulorum esset: ⁊ omnia omniũ: cuȝ videremur nobis esse posse decẽ ferme homines in eadẽ societate: essentq3 inter nos p̃diuites: Romanianus maxime cõmuniceps noster. quem tunc graues estꝰ negociorũ suorũ ad comitatũ attraxerant: ab ineũte etate mihi familiarissimus. Qui maxime instabat huic rei: ⁊ magnã ĩ suadẽdo habebat auctoritatẽ: quod ampla res eiꝰ multũ ceteros ãteibat. Et placuerat nobis: vt bini ãnui tanq̃ magistratꝰ oĩa necessaria curarent ceteris quietis. Sed postea q̃ cepit cogitari vtrum

hoc mulierculę sinerēt: quas et alij no strū iaz habebant: et nos habere volebamus. totuz illud placituz quod bene firmabamus dissiluit in inanibus: atque cōfractū et abiectuz est. Inde ad suspiria et gemitus et gressus ad sequēdas latas et tritas vias seculi: quoniā multe cogitatiōes erāt in corde nostro: cōsiliuz autē tuuz manet in eternū. Ex quo cōsilio deridebas nostra: et tua preparabas: nobis daturus escaz in opportunitate: et aperturus manum tuaz: atque impleturus animas nostras benedictiōe. Interea peccata mea multiplicabātur: et auulsa a latere meo tā quam impedimēto coniugij cū qua cubare solitus eraz: cor vbi adherebat conscissū et vulneratū mihi erat et trahebat sanguinez. Et illa in africa redierat vouēs tibi aliuz se virum nescituraz: relicto apud me naturali ex illa filio meo. At ego infelix nec femine imitator dilatiōis impatiēs: tāquam post biēniuz accepturus eaz quā petebaz: quia nō amator cōiugii sed libidinis seruus eraz: procuraui aliaz nō vtique coniugez. quo tanquā sustentaretur et perduceretur vel integer vel auctior morbus aie mee satellitio perdurantis cōsuetudinis in regnū vxoriū. Nec sanabatur vulnus illud meum quod prioris precisione factuz fuerat. sed post feruorē dolorez qz acerrimū putrescebat: et quasi frigidius sed desperatius dolebat. Tibi laus tibi gloria fons misericordiarum. Ego fiebam miserior et tu propinquior. Aderat iā iāqz dextera tua erreptura me de ceno et ablutura: et ignorabaz. Nec me reuocabat a profundiore voluptatū carnaliū gurgite: nisi metus mortis et futuri iudicii tui qui per varias quidez opiniones: nunquā tamē recessit de pectore meo. Et disputabam cū amicis meis alipio et nebridio de finibus malorū et bonorū epicurum accepturū fuisse palmā in aio meo: nisi ego credidissē post mortem restare anime vitā: et tractus meritorū: quod epicurus credere noluit. Et querebam si essemus immortales et in perpetua corporis voluptate sine vllo amissionis terrore viueremus: cur nō essemus beati aut quid aliud querere mus: nesciēs id ipsū ad magnā miseriam pertinere quod ita demersus et cecus cogitare nō possē lumē honestatis: et gratis amplectēde pulchritudis quā nō vidit oculus carnis et videtur ex intimo. Nec cōsiderabā miser ex qua vena mihi quod ista ipsa feda manaret: tamen cuz amicis dulciter cōferebā: nec esse sine amicis poterā beatus etiā secūdū sensū. quē tūc habebā in quantalibet affluētia carnaliū voluptatum: quos vtique amicos gratis diligebam: vicissimqz ab eis me diligi gratis sentiebā. O tortuosas vias. Veh anime audaci: que sperauit si a te recessisset se aliquid melius habiturā. Versa et reuersa in tergū et in latera et in ventrē: et dura sunt omnia. Et tu requies et ecce ades et liberas a miserabilibus erroribus: et constituis nos in via tua: et consolaris et dicis Currite. ego feram et ego perducam: et ego ibi feram.

Explicit liber sextus. incipit septimus

Iam mortua erat adolescentia mea mala et nefanda. et ibam in iuuentutem quanto etate maior tanto vanitate turpior: qui cogitare aliquid substantie nisi tale non poteraz quale per hos oculos videri solet. Non te cogitabaz deus in figura corporis humani: ex quo audire aliquid

de sapientia cepi semper hoc fugi: et gaudebā hoc reperisse ī fide spiritualis matris nostre catholice tue: sed qd te aliud cogitarem nō occurrebat: et conabar cogitare te homo: et talis hō sū mū et solū et verū deū: et te īcorruptibilem et iuiolabilem et īcōtaminabilem totis medullis credebam: quia nesciens vnde et quomodo plane tamē videbā et certus eram: id qđ corrūpi potest deterius esse: ꝙ id qđ nō potest: et qđ violari nō potest incūctanter preponebā violabili: et qđ nullam patitur promutationem melius esse ꝙ id qđ mutari potest. Clamabat violēter cor meū aduersus omnia phātasmata mea: et hoc vno ictu conabar abigere circūuolātem turbā imūdicie ab acie mētis mee et vix dimota ī ictu oculi: ecce cōglobata rursus aderat et irruebat ī aspectū meū: et obnubilabat eū: vt ꝙuis nō forma humani corporis: corporeū tamen aliquid cogitare cogerer p spacia locorum: siue īfusū mūdo: siue etiā extra mundū per īfinita diffusum etiā ipsū īcorruptibile et iuiolabile et īcontaminabile: qđ corruptibili et violabili et cōmutabili preponebam: quoniam quicquid priuabā spaciis talib9: nihil mihi esse videbatur. Sed prorsus nihil: ne inane quidem: tanꝙ si corp9 auferatur loco et maneat loc9 omni corpore vacuatus et terreno et humido et aereo et celesti: sed tamen sit locus inanis tanꝙ spaciosum nihil. Ego itaque incrassatus corde nec mihimetipsi vel ipse cospicuus: qcquid non per aliquāta spacia tenderetur: vel diffūderetur: vel cōglobaret᷑: vel tumeret vel tale aliqd caperet vel capere posset: nihil prorsus esse arbitrabar. Per quales enī formas ire solēt oculi mei: per tales imagines ibat cor meū. nec videbam hanc eandem ītentionem: qua illas ipsas imagines formabam nō eē tale aliqd: que tamē ipsas non formaret: nisi esset magnū aliqd. Ita etiā te vitā vite mee grādem per īfinita spacia vndique cogitabam penetrare tantā mūdi molē: et extra eā quaquauersū per īmēsa sine termino: vt haberet te terra. haberet celū. haberet oīa. et illa finirentur in te: tu autem nusꝙ. Sicut autem luci solis nō obsisteret aeris corpus: aeris huius qui supra terram est quo min9 per eum traiiceret᷑ penetrās eū nō dirūpēdo aut cōcidēdo sed implendo eum totum: sic tibi putabam non solum celi et aeris et maris: sed etiam terre corp9 peruiū: et ex omnibus maximis minimisque partib9 penetrabile ad capiēdam presētiam tuam: occulta inspiratiōe ītrinsecus et extrinsecus administrante omnia que creasti. Ita suspicabar: quia cogitare aliud nō poteram: nam falsum erat. Illo enim modo maior pars terre maiorem tui partem haberet: et minorem minor: atque ita te plena essent omnia: vt amplius tui caperet elephātis corpus ꝙ passeris: quo esset isto grādi9 grādiorēque occuparet locum: atque ita frustatim partib9 mūdi magnis magnas. breuibus breues partes tuas presentes faceres. Nō es autem ita: sed nōdum illuminaueras tenebras meas. Sat erat mihi domine aduersus deceptos illos et deceptores et loquaces mutos: quoniam nō ex eis sonabat verbum tuum: sat erat ergo illud ꝙ iam diu abusque cartagine a nebridio proponi solebat. et omnes qui audieram9 cōcussi sum9: Quid erat tibi factura nescio q̄ gens tenebrarum: quā ex aduersa mole solent opponere: si tu cum ea pugnare voluisses? Si enim responderetur ali-

quid fuisse nocituraz: violabilis tu & corruptibilis fores: Si autem nihil ea nocere potuisse diceretur: nulla afferretur causa pugnandi: & ita pugnandi: vt quedaz portio tua & membruz tuū vel proles de ipsa substantia tua misceretur aduersis potestatibus & nō a te creatis naturis: atque in tantuz ab eis corrumperetur & cōmutaretur in deterius: vt a beatitudine ī miseriam verteret: & indigeret auxilio quo erui purgarique posset. & hāc esse animaz cui tu' sermo seruienti liber & contaminate purus & corrupte integer subueniret: sed & ipse corruptibilis: quia ex vna eademque substantia. Itaque si te quicquid es idest substantiaz tuā: qua es: īcorruptibilez dicerēt: falsa eē illa omnia & execrabilia. Si autē corruptibilez: id ipsuz iaz falsum & prima voce abominandum. Sat ergo erat istō aduersus eos omni modo euomēdos a pressura pectoris: quia non habebāt qua exirent sine horribili sacrilegio cordis & lingue: sentiendo de te ista & loquēdo. Sz & ego adhuc q̄uis incontaminabilez & inconuertibilez & nulla ex parte mutabilez dicerez: firmeque sentirez dominuz nostrū deuz verum: qui fecisti non solum animas nostras sed etiaz corpora: nec tantum animas nostras & corpora: sed omnes & omnia: nō tenebaz explicitaz & enodataz: causaz mali: quecunque tamē esset sic eaz querēdaz videbaz: vt nō per eam constringerer deum inconmutabilez mutabilez credere: ne ipse fierez qd̄ querebaz. Itaque securus eaz querebā: & cert' nō esse vez q̄ illi dicerēt quos toto animo fugiebaz: quia videbaz querēdo vnde malū repletos malicia qua opinarētur tuā potius substātiaz etiaz male pati q̄ suaz male facere: & itēdebaz vt cernerē q̄ audiebaz: liberū volūtatis arbitriuz causaz esse vt malū facerem': & rectū iudiciū tuū vt pateremur: & eaz liquide cernere non valebaz. Itaque aciē mētis de profūdo educere conatus: mergebar iterū: & sepe conat' mergebar iterū atque iterum. Subleuabat eniz me in lucez tuaz q̄ sciebaz tā me habere volūtatez q̄ me viuere. Itaq̄ cū aliquid vellez aut nollem: nō aliud q̄ me velle ac nolle certissim' eraz: & ibi esse causaz peccati mei iam iāque animaduertebaz. Qd̄ aūt inuit' facerez: pati me poti' q̄ facere videbam & id non culpaz sed penaz esse iudicabaz: qua me nō iniuste plecti te iustuz cogitās cito fatebar: sed rursū dicebā Quis fecit me: nōne de' me': nō tātū bon' sed ipsū bonū? Unde igitur mihi male velle & bene nolle: vt esset cur iuste penas luerez? Quis in me hoc posuit & inseruit mihi plantariū amaritudinis: cuz totus fierez a dulcissimo deo meo? Si diabolus auctor: vnde ipse diabolus? Qz si & ipse peruersa volūtate ex bono angelo diabolus fact' est: vnde & ī ipso volūtas mala qua diabolus fieret: quādo tot' angelus a cōditore optimo fact' esset bonus? His cogitationibus deprimebar iterū & suffocabar: sed non visque ad illū īfernū subducebar erroris: vbi nemo confitebitur tibi: dum tu potius mala pati: q̄ homo facere putatur. Sic enim nitebar inuenire cetera: vt iā īuenerā melius esse incorruptibile: q̄ corruptibile: & ideo te qnicquid esses esse īcorruptibilē confitebar. Neque eni vlla aīa vnq̄ potuit poteritue cogitare aliqd qd̄ sit te meli': qui sūmū & optimū bonū es: Cū autē verissime atq3 certissime corruptibile īcorrupti

bili preponat: sicut iã ego preponebã. poterã iã cogitatione aliqd attingere quod esset melius deo meo: nisi tu esses icorruptibilis. Ubi igit videbã incorruptibile corruptibili esse preferẽdũ: ibi te querere debebã: atq3 inde aduertere vbi sit malũ: id est vnde sit ipsa corruptio: qua violari substantia tua nullo modo potest. Nullo enim prsus modo violat corruptio deũ nostrũ: nulla volũtate: nulla necessitate nullo iprouiso casu: quoniam ipse est deus: et qd sibi vult bonum est: et ipse est idẽ bonũ. Corrũpi aũt nõ est bonũ nec cogeris iuitus ad aliqd: quia voluntas tua non est maior: qȝ potentia tua. Esset autez maior si teipso tu ipe maior esses. Eteniz volũtas et potẽtia dei deus ipse est. Et quid iprouisũ tibi: q nosti oĩa: et nulla natura est nisi quia nosti eã? Et vt qd multa dicimus: cur nõ sit corruptibilis substãtia que deus est: quãdo si hoc esset nõ esset deus? Et querebã vnde malũ: et male querebã: et ĩ ipa iquisitõe mea non videbaz malum: et constituebam in conspectu spiritus mei vniuersam creaturã qcqd ĩ ea cernere possum⁹ sicuti est terra et mare et aer et sidera et arbores et animalia mortalia: et quicquid in ea non videmus: sicut firmamentũ celi insuper et omnes angelos et cuncta spiritualia eius: sed etiã ipa quasi corpora essent locis et locis ordinauit imaginatio mea: et feci vnam massã grandẽ distinctã generib⁹ corporũ creaturam tuam. siue que vera corpora erant. siue que ipse pro spiritibus fixerã. et eã feci grandẽ. nõ quantum erat quod scire non poterã. sed qȝtũ libuit: vndiq3 versuz sane finitã. Te aũt dñe ex omni parte ambientẽ et penetrãtẽ eã: sed vsquequaq3 ĩfinitũ: tanq3 si mare esset vbiq3 et vndiq3 per imẽsuz ĩfinitũ solũ mare: et haberet ĩtra se spõgiã qȝlibet magnaz sed finitã: tamẽ plena esset vndiq3 spõgia illa ex omni sua parte ex ĩmẽso mari sic creatura tua finitã te ĩfinito plenã putabã: et dicebaz. Ecce deus: et ecce que creauit de⁹: et bonus est de⁹ atq3 his validissime lõgissimeq3 pstantior: sed tamen bonus bona creauit: et ecce quomodo ambit atq3 implet ea. Ubi ergo malũ et vnde et qua huc irrepsit? Que radix eius: et qd semẽ ei⁹? An omnino nõ ẽ? Cur ergo timem⁹. et cauemus qd nõ est? Aut si inaniter timemus: certe vel timor ipse maluz est quo ĩcassuz stimulatur et excruciatur cor. Et tãto grauius malũ: quãto nõ est qd timeam⁹ et timem⁹. Idcirco aũt ẽ malũ qd timemus: aut hoc malũ est quia timem⁹. Unde est igitur? Quoniã deus fecit hec oĩa bonus bona. Maius qdẽ et summũ bonũ minora fecit bona: sed tamẽ et creãs et creata bona sunt oĩa. Unde est malũ? An vnde fecit ea materies aliqua mala erat: et formauit atq3 ordinauit eã: et reliquit aliquid ĩ illa quod ĩ bonũ nõ cõuerteret? Cur et hoc? An impotẽs erat totã vertere et commutare vt nihil mali remaneret: cũ sit oĩa potẽs? Postremo cur ide aliquid facere voluit: ac nõ potius eadẽ omnipotentia fecit vt nulla esset omnino? Aut vero existere poterat cõtra eius voluntatẽ? Aut si eterna erat: cur tã diu p infinita retro spacia tẽpoz sic eã siuit esse: ac tãto post placuit aliquid ex ea facere? Aut iam si aliquid subito voluit agere: hoc potius ageret omnipotens vt illa non esset atque ipse solus esset totũ verũ et summũ et ĩfinitũ bonũ? Aut si non erat bene vt non ali-

quid boni etiā fabricaret ꝛ cōderet q
bonus erat:illa sublata ꝛ ad nihilum
redacta materie que mala erat:bonā
ipse institueret: vnde omnia crearet
Nō enim esset omnipotens:si cōdere
nō posset aliquid boni: nisi ea quam
ipse non condiderat adiuuaretur ma/
teria. Talia voluebaz pectore misero
igrauidato curis mordacissimis de ti
more mortis:ꝛ non iuenta veritate:
stabiliter tamen herebat i corde meo
i catholica ecclesia fides xp̄i tui dn̄i ꝛ
saluatoris nostri:in multis qdē adhuc
informis:ꝛ preter doctrine normā flu
ctuans:sed tamen non eam relinque/
bat animus:imo in dies magis magis
qz imbibebat. Jam etiam mathema/
ticorum fallaces diuinationes ꝛ im/
pia deliramēta reiecerā. Confiteātur
etiā hinc tibi de itimis visceribus ani
me mee miseratiōes tue deus meus
Tu eni: tu omnino:nam quis alius a
morte omnis erroris reuocat nos:ni
si vita que mori nescit:ꝛ sapiētia mē/
tes idigentes illuminans nullo indi/
gens lumine:qua mūdus administra
tur vsqz ad arboꝝ volatica folia? Tu
procurasti peruicacie mee qua oblu/
ctatus sum vindiciano acuto seni: et
nebridio adolescēti mirabilis anime:
illi vehementer affirmanti:huic cum
dubitatione quidē aliqua:sed tamen
crebro dicenti:nō esse illā artē futura
ꝓuidēdi:cōiecturas aūt hominuz ha/
bere sepe viz sortis:ꝛ multa dicendo
dici pleraqz vētura nescientibus eis
quid dicerēt:sed in ea non tacendo in
currentibus. Procurasti ergo tu ho/
minē amicū non quidē segnē ↄsulto/
rem mathematicoꝝ:nec eas litteras
bene calētē:sed vt dixi consultorē cu
riosuz:ꝛ tamē scientē aliquid quod a
patre suo se audisse dicebat:qd̄ q̄tū
valeret ad illius artis opinionē euer
tendā ignorabat. Is ergo vir nomine
firminus liberaliter istitutus ꝛ excul
tus eloquio:cū me tāq̄ carissimū de
quibusdā suis rebus i quas secularis
spes eius itumuerat consuleret:qd
mihi secūdū suas quas constellatōes
appellant videretur:ego autem qui
iam de hac re in nebridii sententiam
flecti ceperam.non quidem abnuerē
coniicere ac dicere quod nutanti oc/
currebat:sed tamen subiicerem pro/
pe iam esse mihi persuasum ridicu/
la esse illa et inania:tum ille mihi nar
rauit patrem suum fuisse librorum ta
lium curiosissimum:et habuisse ami/
cum eque illa simulqz sectantem:qui
pari studio et collatione flagrabāt in
eas nugas igne cordis sui. ita vt mu/
torum quoqz animalium si qua do/
mi parerent obseruarent momēta na
scentium:atqz ad ea celi positionē no
tarent:vnde illius artis experimen/
ta colligerent. Itaqz dicebat audisse
se a patre:quod cum de eodem firmi
no pregnās mater esset: etiam illius
paterni amici famula quedā pariter
vtero grandescebat:quod latere nō
potuit dominū:qui etiam canum sua
rum partus examinatissima diligen/
tia nosse curabat:atqz ita factum eē
vt cum iste coniugis ille autem ancil
le dies et horas minutioresqz horaꝝ
articulos cautissima obseruatiōe nu/
merarēt:enixe essent ambe simul:ita
vt easdē constellationes: vsqz ad eas
dem minutias vtriqz nascenti facere
cogerentur.iste filio ille seruulo. Nā
cum mulieres parturire cepissent in/
dicauerunt sibi ābo quid sua cuiusqz
domo ageretur:et parauerunt quos
ad se inuicem mitterent:simul vt na/
tum quod parturiebatur esset cuiqz

nunciatum: quod tamē vt cōtinuo nū ciaretur: tanq̄ in regno suo facile ef/ fecerāt. Atq3 ita qui ab alterutro mis si sunt tā ex paribus domoꝝ interual/ lis sibi obuiā factos esse dicebat: vt aliā positionē siderū aliasq3 particu/ las momētoꝝ: neuter eoꝝ notare si/ neretur. Et tamen firminus amplo apud suos loco natus dealbatiores vias seculi cursitabat: augebatur di/ uitiis: sublimabatur honoribus: ser/ uus autē ille cōditionis iugo nullate/ nus relaxato dominis seruiebat: ipso idicāte q nouerat eū. Dis itaq3 audi/ tis et creditis: talis q̄ppe narrauerat: oīs illa reluctatio mea resoluta con/ cidit: et primo firminū ipsū conatus suz ab illa curiositate reuocare. cū di cerē cōstellationibus eius īspectis vt vera pronūciarē: debuisse me vtique videre ibi parentes iter suos esse pri/ marios: nobilē familiā p̄prie ciuita/ tis: natales igenuos: honestā educa/ tionem: liberalesq3 doctrinas: At si me ille seruus ex eisdē ꝯstellationib9: quia et illius ipse essent ꝯsuluisset: vt eidē quoque vera proferrē: debuisse me rursum ibi videre abiectissimā fa/ miliā cōditionez seruilē: et cetera lon/ ge a prioribus aliena lōgeq3 distātia Unde aūt fieret vt eadē īspiciēs di/ uersa dicerez: si vera dicerē: si autem eadem dicerem falsa dicerē: inde cer tissime collegi ea que vera considera tis constellationibus dicerentur non arte dici sed sorte: que autem falsa nō artis imperitia sed sortis mendacio. Dinc autem accepto aditu: ipse me/ cuz talia ruminando ne quis eorūdē delirorum qui talem questum seque/ rentur: quos iam iamq3 inuadere at que irrisos refellere cupiebam: mibi ita resisteret quasi aut firminus mi/ bi aut illi pater falsa narrauerit: inten di considerationez in eos qui gemini nascuntur: quorum pleriq3 ita post in uicem funduntur ex vtero vt paruū ipsum temporis interuallum quantā/ libet vim in rerum natura babere cō tendant: colligi tamen bumana obser uatione non possit: litterisque signari omnino non valeat: quas mathema/ ticus inspecturus est vt vera pronun ciet. Et non erunt vera: quia easdem litteras inspiciens: eadem debuit di cere de esau et iacob: sed nō eadē vtri q3 acciderūt. Falsa ergo diceret aut si vera diceret non eadez diceret at eadem inspiceret. Non ergo arte sed sorte vera diceret. Tu enim domine iustissime moderator: vniuersitatis cō sulentibus ꝯsultisq3 nescientibus oc/ culto instinctu agis: vt dum quisque consulit: boc audiat quod euz oportet audire occultis meritis animaruz ex abisso iusti iudicii tui: cui nō dicat bo/ mo quid est boc: vt quid boc nō dicat bomo est enim. Jaz itaq3 me adiutor meus illis vinculis solueras: et quere bam vnde malum: et non erat exitus: Sed me non sinebas vllis fluctibus cogitationis auferri ab ea fide qua credebam et esse te et esse incommuta bilem substantiam tuam: et esse de bo minibus curam et iudicium tuum: et in christo filio tuo domino nostro atque in scripturis sanctis quas ecclesie tue catbolice commendaret auctoritas: viaz te posuisse salutis bumane ad eā vitam que post banc mortem futura est. Dis itaq3 saluis atq3 inconcusse roboratis in animo meo: querebam estuans vnde sit maluz. Que illa tor mēta parturientis cordis mei: qui ge

mitus deus meus? Et ibi erãt aures
tue nesciente me. Et cum in silentio
fortiter quererem magne voces erãt
ad misericordiam tuam: tacite contri
tiões animi mei. Tu sciebas quid pa
tiebar: ⁊ nullus hominum. Quantũ
enim erat quod ĩde digerebatur per
linguã meã in aures familiarissimoꝝ
meoꝝ: nunquid totus tumultus ani-
me mee: cui nec tẽpora nec os sufficie
bat sonabat eis? Totũ tamen ibat in
auditũ tuũ quod rugiebam a gemitu
cordis mei: ⁊ ante te erat desideriũ
meũ: ⁊ lumen oculorũ meorum non
erat mecũ. Intus enim erat: ego aũt
foris. Nec in loco illud. At ego inten
debã in ea que locis cõtinentur: ⁊ nõ
ibi inueniebã locũ ad requiescendũ:
nec recipiebant me ista vt dicerem:
sat est ⁊ bene est: nec dimittebant re-
dire vbi mihi satis esset ⁊ bene. Su-
perior enim eraꝫ istis: te vero ĩferior
Et tu gaudiũ verũ mihi subdito tibi:
⁊ tu mihi subieceras que infra me cre
asti. Et hoc erat rectũ tẽperamentũ
et media regio salutis mee: vt mane
rem ad imaginem tuam et tibi serui-
ens dominarer corpori. Sed cum su-
perbe contra te surgerem et currerẽ
aduersus dominum in ceruice cras-
sa scuti mei etiaꝫ ista infima supra me
facta sunt et premebant: et nusquam
erat laxamentum et respiramentum
Ipsa occurrebant vndiqꝫ aceruatim
et conglobatim cernenti: cogitanti
autem imagines corporum ipse oppo
nebantur redeunti quasi dicerent.
Quo is indigne ⁊ sordide? Et hec de
vulnere meo creuerant: quia humi-
liasti tanquam vulneratum superbũ
⁊ tumore meo separabar abs te: ⁊ ni-
mis inflata facies claudebat oculos
meos. Tu vero domine in eternum
manes: et non in eternum irasceris
nobis: quoniam miseratus es terram
et cinerẽ. Et placuit in conspectu tuo
reformare deformia mea: et stimulis
internis agitabas me vt impatiens
essem donec mihi per interiorẽ aspe
ctum certus esses. Et residebat tu-
mor meus ex occulta manu medici-
ne tue: aciesqꝫ cõturbata ⁊ cõtenebra-
ta mẽtis mee acri collirio salubriũ do
loꝝ meoꝝ de die in dieꝫ sanabatur.
Et primo volens ostendere mihi quõ
resistas superbis: humilibus autem
des gratiam: et quanta misericordia
tua demonstrata sit hominibus via
humilitatis: quod verbum tuum ca-
ro factum est: et habitauit inter ho-
mines: procurasti mihi per quendam
hominem immanissimo typo turgidũ
quosdam platonicorum librorum ex
greca lingua in latinam versos: ⁊ ibi
legi non quidem his verbis: sed hoc
ideꝫ omnino multis et multiplicibus
suaderi rationibus: ꝙ in principio
erat verbum: et verbum erat apud
deum: et deus erat verbum: hoc erat
in principio apud deum: omnia per
ipsuꝫ facta sunt: et sine ipso factuꝫ est
nihil: quod factum est in eo vita est.
Et vita erat lux hominum: et lux in
tenebris lucet. et tenebre eaꝫ non cõ-
prehenderunt. Et quia hominis ani-
ma quamuis testimonium perhibeat
de lumine: non est tamen ipsa lumen
sed verbũ dei. Deus est eniꝫ lumẽ ve
rum quod illuminat omnem homi-
nem venientem in hunc mundum.
Et quia in hoc mundo erat: ⁊ mũdus
per ipsum factus est: ⁊ mundus eum
non cognouit. Quia vero in sua pro-
pria venit et sui eum non receperunt

quotquot autez eũ receperunt dedit
eis potestatez filios dei fieri credenti
bꝰ in nomine eiꝰ: nõ ibi legi. Jtez ibi le
gi: quia deꝰ verbuz non ex carne non
ex sanguine nõ ex volũtate viri neqꝫ
ex volũtate carnis: sed ex deo natus
est. Sed quia verbũ caro factũ est ⁊
habitauit ĩ nobis. nõ ibi legi. Jndaga/
ui quippe in illis litteris varie dictuz
⁊ multis modis ꝙ sit filius ĩ forma pa
tris: nõ rapinaz arbitratꝰ esse equalis
deo: quia naturaliter id ipsum est: sed
quia semetipsum exinaniuit formam
serui accipiens in similitudinez homi/
nuz factus: ⁊ habitu inuentꝰ vt homo:
humiliauit se factꝰ obediẽs vsque ad
mortez mortez autem crucis: propter
qđ deꝰ euz exaltauit a mortuis: ⁊ do/
nauit ei nomen qđ est super omne no/
men: vt in nomne iesu omne genu fle
ctatur celestiuz terrestriuz ⁊ inferno/
rum: ⁊ omnis ligua confiteatur: quia
dominꝰ iesus in gloria est dei patris: ñ
habẽt illi libri. Qđ enim ante omnia
tempora ⁊ supra omnia tempora incõ
mutabiliter manet vnigenitꝰ filius tu
us coeternus tibi: ⁊ quia de plenitudi
ne eius accipiũt anime vt beate sint:
⁊ quia participatiõe manentis in se sa
pientie renouãtur vt sapiẽtes sint: est
ibi: qđ autez: Secunduz tempus pro
impiis mortuꝰ est: ⁊ filio tuo vnico nõ
pepercisti sed pro nobis omnibus tra
didisti eum: non est ibi. Abscondisti
eniz hec a sapiẽtibꝰ. ⁊ reuelasti ea par
uulis: vt venirẽt ad euz laborantes ⁊
onerati ⁊ reficeret eos: quoniam mi/
tis est ⁊ humilis corde: ⁊ dirigit mites
in iudicio: ⁊ docet mãsuetos via suas:
videns humilitatem nostraz ⁊ laborẽ
nostrum ⁊ dimittens omnia peccata
nostra. Qui autẽ coturno tanquã do
ctrine sublimioris elati non audiũt di
centem. discite a me quia mitis sum ⁊
humilis corde ⁊ inuenietis requiem
animabꝰ vestris: ⁊ si cognoscunt deũ
ñ sic deũ glorificãt aut gratias agũt:
sꝫ euãescũt ĩ cogitationibus suis: ⁊ ob
scuratur insipiens cor eorum: dicẽtes
se esse sapientes stulti fiunt. Et ideo le
gebaz ibi etiaz immutataz gloriaz in
corruptionis tue in idola ⁊ varia simu
lacra in similitudinem imaginis corru
ptibilis hominis ⁊ volucrum ⁊ qua/
drupedum ⁊ serpentuz: videlicet egy
ptium cibum quo Esau perdidit pri/
mogenita sua: quoniaz caput quadru
pedis pro te honorauit populus pri/
mogenitꝰ cõuersus corde in egyptũ:
⁊ curuans imaginez tuaz animaz suã
ante imaginez vituli manducãtis fe/
nũ: inueni hec ibi ⁊ nõ mãducaui. Pla
cuit eniz tibi domine auferre oppro/
brium dãnationis ab iacob vt maior
seruiret minori: ⁊ vocasti gẽtes in he
reditatez tuam. Et ego ad te veneraz
ex gentibus: ⁊ intendi in auruz qđ ab
egypto voluisti vt auferret populus
tuus: quoniam tuum erat vbicunque
erat. Et dixisti atheniensibus per apo
stolum tuum ꝙ in te viuimus ⁊ mo/
uemur ⁊ sumus: sicut ⁊ quidam secun
dum eos dixerunt. Et vtique vnde
erant illi libri. Et nõ attendi in idola
egyptiorum: quibus de auro tuo mi/
nistrabant qui transmutauerunt ve/
ritatem dei in mendacium: ⁊ colue/
runt ⁊ seruierunt creature potius q̃
creatori. Et inde admonitus redi/
re ad memetipsum: intraui in intima
mea duce te ⁊ potui: quoniam factus
es adiutor meꝰ. Jntraui ⁊ vidi quali
cũque oculo aĩe mee: supra eũdẽ ocu
lũ aĩe mee: supra mẽtẽ meã lucẽ dñi i/

cõmutabilẽ:nõ hãc vulgarem ⁊ ɔspi/
cuã omni carni:nec quasi ex eodẽ ge
nere. Grãdior erat tanq̃ si ista multo
que clarius clarescceret totũq̃ occu/
paret magnitudine. Nõ hoc illa erat
sed aliud:aliud valde ab istis oĩbus.
Nec ita erat supra mẽtẽ meaz sicut
oleũ super aquã nec sicut celũ super
terrã sed superior:qr ipsa fecit me:et
ego iferior quia factus sũ ab ea. Qui
nouit veritatẽ:nouit eam. Et q nouit
eã:nouit eternitatẽ:Caritas nouit eã
O eterna veritas et vera caritas et
cara eternitas. Tu es deus meus:ti/
bi suspiro die ac nocte. Et cũ te pri/
mũ cognoui:tu assumpsisti me vt vi/
derẽ esse qd viderẽ:⁊ nondũ me esse
qui viderẽ. Et reuerberasti ifirmita/
tez aspectus mei radians ĩ me vehe/
mẽter:⁊ cõtremui amore ⁊ horrore:⁊
iueni me lõge esse a te ĩ regione dissi
militudinis:tanq̃ audirẽ vocẽ tuam
de excelso. Cibus suz grandiũ:cresce ⁊
mãducabis me. Nec tu me ĩ te mu/
tabis sicut cibũ carnis tue:sed tu mu
taberis ĩ me. Et cognoui quoniã pro
iniquitate erudisti hoiez ⁊ tabescere
fecisti sicut araneam aiaz meã. ⁊ dixi.
Nũquid nihil est veritas:quoniã ne
que per finita neque pe ifinita locorũ
spacia diffusa est? Et clamasti de lon/
ginquo. Immo vero ego suz q suz: Et
audiui sicut auditur ĩ corde:⁊ nõ erat
prorsus vnde dubitarẽ. Faciliusq̃
dubitarẽ viuere me q̃ nõ esse verita
tez:q̃ p ea que facta sũt itellecta cõ/
spicit. Et ĩspexi cetera infra te:⁊ vidi
nec omnino esse nec omnino nõ esse.
Esse qdẽ qm̃ abs te sũt: nõ aũt quo/
niã id qd es nõ sunt. Id eniz vere est
qd icõmutabiliter manet. Mihi aũt
iherere deo bonũ est:quia si nõ mane
bo ĩ illo:nec ĩ me potero. Ille autez ĩ
se manens inouat oĩa:⁊ deus meus
es:quoniã bonorũ meorũ nõ eges. Et
manifestatũ est mihi quoniam bona
sunt que corrũpũtur:quoniã neque
si summa bona essent:neq; nisi bona
essent. corrũpi possent. Quia si sum/
ma bona essent:icorruptibilia essent:
si aũt nulla bona essent:quid ĩ eis cor
rũperetur nõ esset. Nocet eniz corru
ptio. Et nisi bonũ minueret:nõ noce
ret. Aut igit̃ nihil nocet corruptio qd
fieri nõ potest:aut qd certissimuz est
oĩa que corrũpũtur priuantur bono.
Si aũt omni bono priuabunt̃:omni/
no nõ erũt. Si eniz erũt ⁊ corrũpi iã
nõ poterũt:meliora erũt:qr icorru/
ptibiliter permanebũt. Et quid mon
struosius:q̃ ea dicere omni bono
amisso facta meliora? Ergo si omni
bono priuabũtur:oĩo nulla erũt. Er
go q̃ diu sũt bona sunt. Ergo q̃cun/
q̃ sũt bona sũt. Malũq; illud quod
q̃rebã vñ eẽt ñ ẽ substãtia: qa si suba
eẽt bonũ eẽt: Aut eni eẽt icorruptibi
lis substãtia magnũ vtiq; bonũ: aut
substãtia corruptibilis esset q̃ nisi bo
na esset corrũpi nõ posset. Itaq; vi/
di et manifestatũ ẽ mihi:quia omnia
bona tu fecisti:et prorsus nulle sub
stantie sũt quas tu nõ fecisti. Et quo
niam nõ equalia omnia fecisti:ideo sũt
omnia:quia singula bona sũt et simul
omnia valde bona: quoniã fecisti de
us noster omnia bona valde. Et tibi
omnino nõ est malũ:nõ solũ tibi sed
nec vniuerse creature tue: qa extra
te non est aliquid quod irrũpat ⁊ cor
rũpat ordinẽ quez iposuisti ei. In par
tibus autẽ eius quedaz quibusdam
quia non cõueniunt:mala putantur.
Et eadem ipsa conueniunt aliis et
bona sunt:et in semetipsis bona sunt
Et omnia hec que sibimet inuicẽ nõ

cōueniunt:cōueniūt iferiori parti rerū:quā terrā dicimus habentē celū suum nubilosū atq; vētosū cōgruū sibi. Et absit iā vt dicerē nō esse ista: quia & si sola ista cernerē: desiderarē quidē meliora:sed iam etiam de solis istis laudare te deberē:quoniā laudādum te ostendūt de terra dracones & omnes abissi:ignis grando nix glacies spiritus tempestatis que faciunt verbū tuū:montes & omnes colles ligna fructifera & omnes cedri: bestie et vniuersa pecora reptilia & volatilia pennata.reges terre & omnes populi :prīcipes & omnes iudices terre. iuuenes & virgines seniores cū iunioribus laudent nomē tuū. Cū vero etiam de celis te laudāt:laudēt te deus noster ī excelsis omnes āgeli tui : omnes virtutes tue:sol & luna omnes stelle & lumen celi celorū & aque que super celos sunt laudēt nomē tuum. Non iā desiderabam meliora:quia oīa cogitabā:& meliora quidē supiora q̄ inferiora:sz meliora oīa q̄ sola supiora iudicio sano repēdebā. Non est sanitas eis quibus displicet aliqd creature tue:sicut mihi non erat cum displicerēt multa que fecisti. Et quia non audebat anima mea vt ei displiceret deus meus nolebat esse tuū qcquid ei displicebat. Et inde ierat ī opinionē duarū substātiarū:& non requiescebat:& aliena loquebatur:& īde rediens fecerat sibi deum per infinita spacia locorū omniū:& eum putauerat esse te:& eum collocauerat ī corde suo:& facta erat rursus templū idoli sui abominādū tibi. Sed postea q̄ fouisti caput nesciētis:& clausisti oculos meos ne viderēt vanitatē:cessaui de me paululū:& sopita est īsania mea. Et euigilaui in te:& vidi te īfinitum aliter:& visus iste nō a carne trahebat̄. Et respexi alia & alia:& vidi tibi debere quia sūt & in te cūcta finita:sed aliter nō quasi in loco:sed quia tu es omnitenēs manu: veritate: aut oīa vera sunt inq̄tum sunt:nec qcquā est falsitas:nisi cum putatur esse quod nō est. Et vidi quia nō solū locis sua queq; suis eueniunt:sed etiā tēporibus:& q2 tu q solus eternus es nō post inumerabilia spacia tēpoꝝ cepisti operari:quia omnia spacia temporꝝ:& que preterierūt & que preteribūt:nec abirent nec venirent:nisi te operāte & manente. Et sensi & expertus sū non esse mirꝝ quod palato nō sano pena est panis q sano suauis est: et oculis egris odiosa lux que puris amabilis ē:& iusticia tua displicet iniquis ne dū vipera & vermiculus que bona creasti apta īferioribus creature tue partibus:quibus & ipsi iniqui apti sunt quāto dissimiliores sunt tibi:apti aūt superioribus quāto similiores fiūt tibi. Et quesiui quid eēt iniquitas & nō īueni substātiā:sed a summa substātia te deo detorte in infima volūtatis peruersitatē:proiicientis intima sua & tumescentis foras. Et mirabar q; iam te amabam non pro te phantasma:& non stabā frui deo meo sed rapiebar ad te decore tuo:moxq; diripiebar abs te pondere meo:& ruebā in ista cū gemitu:& pōdus hoc consuetudo carnalis. Sed mecum erat memoria tui:neque vllo modo dubitabā esse cui cohererē:sed nondū me esse qui cohererē:quoniam corpus quod corrumpitur aggrauat animā:& deprimit terrena habitatio sensū multa cogitantē. Erāq; certissimus q; inuisibilia tua a constitutione mūdi per ea que facta sunt

intellecta conspiciuntur: sempiterna
quoqz virtus ⁊ diuinitas tua. Que/
rēs eniz vnde approbarē pulchritudi
nē corpoꝝ siue celestiū siue terrestriū
⁊ quid mihi presto esset ītegre de mu
tabilibus iudicāti ⁊ dicēti. hoc ita eē
dbet: illud n̄ ita. Hoc ergo q̄rēs vn̄ iu
dicarem cū ita iudicarē: īuenerā īcō
mutabilē ⁊ verā veritatis eternitatē su
pra mētē meā ɔmutabilē: atqz ita gra
datim a corporibꝰ ad sentiētē p̄ corpꝰ
animā: atqz īde ad eius īteriorē vim
cui sensus corporis exteriora nūcia/
ret: quousqz possunt bestie atqz inde
rursus ad ratiocināte potētiā: ad quā
refertur iudicādū quod sumitur a sen
sibus corporis: que se quoqz ī me cō/
periēs mutabilē: erexit se ad ītelligē/
tiā suā: ⁊ abduxit cogitationē a ɔsue/
tudine: subtrahēs se cōtradicentibus
turbis phātasmatū: vt inueniret quo
lumine aspergeretur: cum sine vlla
dubitatione clamaret: incommuta/
bile preferendum esse mutabili vnde
nosset ipsum incommutabile: qđ nisi
aliquo modo nosset: nullo modo illud
mutabili certo p̄pōeret: ⁊ p̄ueni ad id
qđ est ī ictu trepidātis aspectꝰ. Tunc
vero īuisibilia tua p̄ ea que facta sūt
ītellecta ɔspexi: sed aciē figere nō va
lui: ⁊ repcussa īfirmitate redditꝰ soli/
tis: nō mecū ferebā nisi amātē memo
riā ⁊ quasi olfata desiderātē q̄ come/
dere nōdū possēt: ⁊ q̄rebā viā cōparā
di roboris qđ eēt idoneū ad fruēdū te
nec īueniebā donec amplecterer me
diatorē dei ⁊ hoīuz hoīez xp̄z iesuz: q
est super oīa deus benedictus ī secu/
la: vocātē ⁊ dicētē: ego suz via veri/
tas ⁊ vita: ⁊ cibū cui capiēdo īualidus
erā miscētē carni: quoniā verbū caro
factū est vt infantie nostre lactesce/
ret sapientia tua per quaz creasti oīa
Non eniz tenebā dn̄z meū iesuz xp̄m
humilis humilez: nec cuius rei magi/
stra esset eius infirmitas nouerā. Ver
bū eniz tuū eterna veritas superiori
bus creature tue partibus superemi
nens: subditos erigit ad seipsaz: ī in/
ferioribus autē edificauit sibi humilē
domū de limo nostro: per quā subdē/
dos deprimeret a seipsis ⁊ ad se traii/
ceret: sanans tumorē ⁊ nutriens amo
rē: ne fiducia sui progrederentur lon
gius: sed potius infirmarentur viden
tes ante pedes suos infirmā diuinita
tez ex participatione tunice pellicee
nostre: ⁊ lassi prosternerētur ī eā: illa
aūt surgēs leuaret eos. Ego vero ali
ud putabā: tātūqz sentiebam de dn̄o
xp̄o meo: quātū de excellētis sapiētie
viro: cui nullus posset equari: prefer/
tim quia mirabiliter natus ex virgi/
ne ad exemplum contēnendorum tē
poralium pro adipiscenda immortali
tate: diuina pro nobis cura tantā au/
ctoritatem magisterii meruisse vide/
batur. Quid autez sacramenti habe/
ret: verbum caro factum est: ne suspi
cari quidem poteram. Tātum cogno
ueram ex iis que de illo scripta trade
rentur: quia manducauit et bibit dor
miuit ambulauit: exhilaratus est con
tristatus est sermocinatus est non he/
sisse carnem illam verbo tuo nisi cuz
anima et mente humana. Nouit hoc
omnis qui nouit incommutabilitatez
verbi tui: quam ego iam noueram
quantuz poteram: nec omnino quic/
quam inde dubitabā. Eteniz nūc mo
uere membra corporis per volunta/
tem: nunc non mouere: nunc aliquo
affectu affici: nunc nō affici: nūc pro
ferre per signa sapientes sententias

nūc esse ī silētio: ꝓpria sunt mutabili
tatis aīe ⁊ mētis. Que si falsa de illo
scripta essent: etiā oīa periclitarentur
mēdacio: neqꝫ ī illis litteris vlla fidei
salus generi humano remaneret.
Quia itaqꝫ vera scripta sunt: totū ho
minē ī xp̄o agnoscebā. nō corpus tātū
hominis aut cum corpore sine mēte:
aīaz: sed ipsuz hoīez nō persona veri/
tatis sed magna quadā nature huma
ne excellētia ⁊ perfectiore participa/
tione sapiētie ꝓferri ceteris arbitra/
bar. Alipius autem deum carne in/
dutuz ita putabat credi a catholicis:
vt preter deum ⁊ carnez non esset in
christo anima: mētēqꝫ hoīs nō existi/
mabat in eo predicari. Et quoniā be
ne persuasum tenebat: ea que de illo
memorie mandata sunt sine vitali et
rationali creatura nō fieri: ad ipsam
christianam fidē pigrius mouebatur.
Sed postea hereticoꝝ appollinarista
ruz hunc errorē esse cognoscens: ca/
tholice fidei colletatus ⁊ ꝯtēperatus
est. Ego aūt aliquāto posterius didi/
cisse me fateor: ī eo qđ verbum caro
factū est quomodo catholica veritas
a fotini falsitate dirimatur. Impro/
batio quippe hereticoꝝ facit emine/
re quid ecclesia tua sentiat ⁊ quid ha/
beat sana doctrina. Oportuit enim ⁊
hereses esse: vt ꝓbati manifesti fierēt
īter īfirmos. Sed tunc lectis platoni
coꝝ illis libris: postea q̄ꝫ inde admo/
nitus quererē īcorporeā veritatē: in/
uisibilia tua ꝑ ea que facta sunt ītelle
cta ꝯspexi: ⁊ repulsus sensi qđ ꝑ tene/
bras anime mee cōtēplari nō sinerer
certus esse te ⁊ īfinitū esse: nec tamē
per locos finitos infinitosue diffundi
⁊ vere te esse q̄ semper idē ipse esses
ex nulla parte nulloque motu aliter
aut aliter: cetera vero ex te esse oīa:
hoc solo firmissimo documento quia
sunt. Certus quidem in istis eram: ni
mis tamē īfirmus ad fruēdū te garri
ebaz plane quasi peritus ⁊ nisi ī xp̄o
saluatore nostro viā tuā quererē: non
peritus sed periturus eēz. Jā eniz ce
perā velle videri sapiēs: plenus pena
mea ⁊ nō flebā: īsuper ⁊ īflabar sciē/
tia. Ubi eniz erat illa edificās caritas
a fundamēto humilitatis qđ est chri/
stus iesus? Aut quādo illi libri me do
cerēt eā: ī quos me ꝓptea priusq̄ꝫ scri
pturas tuas ꝯsiderarē credo voluisti
īcurrere: vt īprimerēt memorie mee
quomodo ex eis affectus essez: ⁊ cuz
postea ī libris tuis māsuefactus essez
⁊ curātibus digitis tuis ꝯtractarētur
vulnera mea: discernerē atqꝫ distin/
guerē q̄d īteresset īter ꝑsumptionē ⁊
ꝯfessionē: īter vidētes quo eūduz sit:
nec vidētes qua: ⁊ viā ducētē ad bea
tificā patriā nō tātū cernēdā sed īha/
bitādā? Nā si primo sanctis tuis litte
ris īformatus essem: ⁊ ī eaꝝ familiari
tate obdulcuisses mihi: ⁊ postea ī illa
volumina incidissem: fortasse aut
abripuissent me a solidamēto pieta/
tis: aut si ī affectu quē salubrē ībibe/
raz perstitissez: putarē etiā ex illis li/
bris eū posse cōcipi: si eos solos quis/
quaz didicisset. Itaqꝫ auidissime arri
pui venerabilem stilum spiritus tui:
⁊ pre ceteris apostoluz paulum: ⁊ pe
rierunt ille questiones in quibus mi/
hi aliquando visus est aduersari sibi
⁊ non congruere testimoniis legis et
prophetarum textus sermonis eius:
Et apparuit mihi vna facies eloqui/
orum castorum: et exultare cum tre/
more didici ⁊ cepi: ⁊ inueni quicquid
illac verum legeram: ac commenda/
tione gratie tue didici. vt qui videt
non sic glorietur quasi non acceperit

non soluʒ id quod videt sed etiam vt
videat. Quis eniʒ habet quod non ac
cepit? Et vt te qui es sẽper idem non
soluʒ admoneatur vt videat: sed etiaʒ
sanetur vt teneat: ⁊ qui de longinquo
videre non potest viaʒ: tamen ambu/
let qua veniat ⁊ videat ⁊ teneat: quia
etsi condelectetur homo lege dei secũ
dum interiorẽʒ hominem: quid faciet
de alia lege in membris suis repugnã
te legi mentis sue ⁊ se captiuũ ducen/
te in lege peccati que est in membris
eius? Quoniã iustus es domine: nos
auteʒ peccauimus: inique fecimus: i/
pie gessimus: ⁊ grauata est super nos
manus tua: ⁊ iuste traditi sumus anti
quo peccatori preposito mortis: quia
persuasit voluntati nostre similitudi/
neʒ voluntatis sue: qua ĩ veritate tua
non stetit. Quid faciat miser homo?
Quis eum liberabit de corpore mor
tis huius: nisi gratia tua per iesũ chri
stuʒ dominũ nostrũ: queʒ genuisti co/
eternuʒ ⁊ creasti ĩ principio viaʒ tua/
rum: in quo princeps hui⁹ mundi non
inuenit quicq̃ morte dignum: ⁊ occi/
dit eum: ⁊ euacuatũ est cyrographuʒ
qđ erat contrariũ nobis? Hoc ille lit
tere non habent: non habent ille pagi
ne vultum pietatis: huius lachrymas
confessionis: sacrificiuʒ tuũ spiritum
contribulatum: cor contrituʒ ⁊ humi/
liatum: populi salutem sponsaʒ ciuita
tem: arraʒ spiritus sancti poculuʒ pre
cii vestri. Nemo ibi cantat: nõne deo
subiecta erit anima mea? ab ipso eñi
salutare meuʒ: ⁊ eniʒ ipse deus meus
⁊ salutaris meus susceptor meus non
mouebor amplius. Nemo ibi audit
vocantem. venite ad me qui labora/
tis. Dedignantur ab eo discere quoni
aʒ mitis est ⁊ humilis corde. Abscon/
disti enim hec a sapientibus ⁊ pruden/
tibus. ⁊ reuelasti ea paruulis. Et ali/
ud est de siluestri cacumine videre pa
triaʒ pacis: ⁊ iter ad eaʒ non inuenire
⁊ frustra conari per inuia circumobsi
dentibus ⁊ insidiantibus fugitiuis de
sertoribus cum principe suo leone ⁊
dracone. ⁊ aliud tenere viaʒ illuc du
centeʒ cura celestis imperatoris mu/
nitaʒ. vbi non latrocinantur qui cele
steʒ militiaʒ deseruerunt. Uitant eñi
eaʒ sicut supplicium. Hec mihi inui/
scerabantur miris modis cuʒ minimũ
apostolorũ tuorũ legereʒ. ⁊ conside
rauerã opa tua ⁊ expauerã. Expli
cit liber septimus. incipit octauus.

D Eus meus recorder ĩ gra/
tiaruʒ actione tibi. ⁊ con/
fitear misericordias tuas
super me. Perfundantur
ossa mea delectatione tua ⁊ dicant.
domine quis similis tibi? Dirupisti vi
cula mea: sacrificeʒ tibi sacrificiũ lau
dis. Quomodo dirupisti ea narrabo
⁊ dicent omnes qui adorant te cũ au
dient hec. Benedict⁹ dñs in celo ⁊ in
terra magnũ ⁊ mirabile nomen eius
Inheserãt precordiis meis verba tua
⁊ vndique circunuallabar abs te: de
vita tua eterna certus eraʒ: q̃uis eã
ĩ enigmate ⁊ quasi per speculuʒ vide/
raʒ. Dubitatio tamen oĩs de incorru/
ptibili substantia qđ ab illa esset oĩs
substantia ablata mihi erat: nec cer/
tior de te sed stabilior in te esse cupie
baʒ. De mea vero tẽporali vita nuta
bant omnia. ⁊ mundandum erat cor a
fermento veteri: ⁊ placebat via ipse
saluator: ⁊ ire per eius angustias ad/
huc pigebat. Et imisisti in mẽtẽ meã
visũque est bonum in conspectu meo
pergere ad simplicianuʒ qui mihi bo/
nus apparebat seruus tuus: ⁊ lucebat
in eo gratia tua. Audieram etiam

ꝙ a iuuentute sua deuotissime tibi viueret. Jaz vero tunc senuerat: ⁊ lõga etate in tam bono studio sectande vie tue: multa edoct⁹: multa expert⁹ mihi videbatur: ⁊ vere sic erat. Unde mihi vt proferret volebaz cõferẽti secum estus meos: quis esset aptus modus sic affecto: vt ego eram: ad ambulãdũ ĩ via tua. Uidebaz eniz plenam ecclesiam: ⁊ alius sic ibat: alius autem sic: Mihi autem displicebat qđ agebaz in seculo: ⁊ oneri mihi erat valde: non iaz inflãmãtib⁹ cupiditatib⁹: vt solebãt spe honoris ⁊ pecunie: ad tollerãdam illã seruitutez taz grauem: Jam eniz me illa nõ delectabãt pre dulcedine tua: ⁊ decore domus tue quã dilexi: sed adhuc tenaciter colligabar ex femina: nec me prohibebat apostolus cõiugari: ꝙuis exhortaretur ad melius: maxime volens omnes homines sic esse vt ipse erat: sed ego infirmior eligebaz molliorem locum: ⁊ propter hoc vnũ voluebar ĩ ceteris lãguidus ⁊ tabescẽs curis marcidis qđ ⁊ ĩ aliis reb⁹ quas nolebã pati cõgruere cogebar vite cõiugali: cui dedit⁹ cõstringebar. Audieraz ex ore veritatis esse spadones qui seipsos absciderunt propter regnũ celorum: sed qui potest inquit capere capiat. Uani sunt certe omnes homines quib⁹ nõ est dei sciẽtia: nec de iis que videntur bona potuerunt inuenire eum qui est. At ego iaz nõ eraz ĩ illa vanitate. Trãscende raz eaz: ⁊ contestãte vniuersa creatura tua iueneraz te creatorez nostruz: ⁊ verbũ tuũ apud te deũ tecũque cũ spiritu sãcto vnũ deuz per qđ creasti omnia: Et est aliud gen⁹ ĩpioruz: qui cognoscẽtes deũ nõ sicut deuz glorificauerũt aut gratias egerũt. Jn hoc quoque ĩcideraz: ⁊ dextera tua deus suscepit me: ⁊ ĩde ablatũ posuisti vbi cõualescerez: quia dixisti homini: ecce pietas est sapiẽtia: ⁊ noli velle videri sapiens: quoniã dicẽtes se esse sapientes: stulti facti sunt. Et iueneraz iã bonaz margaritaz: ⁊ vẽditis oĩb⁹ que haberez emẽda erat: ⁊ dubitabaz.

Perrexi ergo ad simplicianũ patrez ĩ accipiẽda tũc gratia episcopi ambrosii: ⁊ quez vere vt patrem diligebat. Narraui ei circuit⁹ erroris mei. Ubi autez cõmemoraui legisse me quosdã libros platonicoruz: quos victorinus quondaz rhetor vrbis rome: quez christianuz defunctuz esse audieraz in latinaz linguã trãstulisset: gratulat⁹ est mihi ꝙ nõ in aliorum philosophorum scripta incidissem plena fallaciaruz ⁊ deceptionum secundum elemẽta huius mundi: in istis autez omnibus modis insinuari deuz ⁊ eius verbum. Deinde vt me exhortaretur ad humilitatez christi sapientibus absconditam ⁊ reuelataz paruulis: victorinus ipsum recordatus ẽ: quẽ rome cũ esset familiarissime nouerat: đ quo ille mihi narrauit qđ non silebo. Habet enim magnam laudez gratie tue confitendaz tibi: queadmoduz ille doctissimus senex ⁊ omnium liberalium doctrinarũ peritissimus: quique philosophorum tã multa legerat ⁊ diiudicauerat ⁊ dilucidauerat doctor tot nobiliũ senatorũ: q ẽt ob ĩsigne ꝑclari magisterii: qđ ciues hui⁹ mũdi eximiũ putãt: statuaz romão foro meruerat ⁊ acceperat: vsque ad illaz etatez venerator idolorũ sacrorũque sacrilegorum particeps: quibus tunc tota fere romana nobilitas inflata spirabat: populi vsiaz ⁊ omnigenuz deum monstra ⁊ anubez latratorez que aliquando contra neptũnũ ⁊ venerem contraque mineruaz tela

Spadonib

tenuerant:⁊ a ſe victis iaz roma ſup/
plicabat:que iſte ſenex victorinus tot
ānos oꝛe terricrepo defēſitauerat:nō
erubuerit eſſe puer chꝛiſti tui ⁊ infans
fontis tui ſubiecto collo ad humilita/
tis iuguz:⁊ edomita fronte ad crucis
oppꝛobꝛiuz. O domine domine qui i
clinaſti celos ⁊ deſcēdiſti:tetigiſti mō
tes ⁊ fumigauerūt:quibꝰ modis te ī
ſinuaſti illi pectoꝛi? Legebat:ſicut ait
ſimplicianꝰ:ſanctaz ſcripturaz:omneſ
que chꝛiſtianas litteras inueſtigabat
ſtudioſiſſime ⁊ perſcrutabatur:⁊ dice
bat ſimpliciano nō palaz:ſed ſecretius
⁊ familiariꝰ:noueris me iaz eſſe chꝛi/
ſtianū? Et reſpondebat ille. Nō credā
nec deputabo te īter chꝛiſtianos:niſi i
eccleſia chꝛiſti te videro. Ille autez ir
ridebat illū dicēs. Ergo parietes fa/
ciūt chꝛiſtianos? Et hoc ſepe dicebat
iaz ſe eſſe chꝛiſtianuz:⁊ ſimplicianꝰ il/
lud ſepe rūdebat:⁊ ſepe ab illo parie/
tuz irriſio repetebatur. Amicos.n.ſu/
os verebatur offēdere ſuperbos de/
monicolas:quoꝛū ex culmine babylo
nice dignitatis quaſi ex cedris libani
quas nōdū cōtriuerat dominꝰ graui/
ter ruituras ī ſe inimicicias arbitraba
tur. Sed poſteaq̄ȝ legēdo ⁊ inhiando
hauſit firmitatez:timuitque negari a
chꝛiſto coraz āgelis ſāctis ſi euz time/
ret coraz hominibꝰ confiteri:reuſque
ſibi magni criminis apparuit erube/
ſcēdo de ſacramētis humilitatis ver
bi tui:⁊ nō erubeſcēdo de ſacris ſacri
legiis ſuperboꝝ demonioꝝ que imita
toꝛ ſuperbꝰ acceperat: depuduit va/
nitati ⁊ erubuit veritatis:ſubitoque ⁊
inopinatꝰ ait ſimpliciano: vt ipſe nar/
rabat. Eamꝰ ī eccleſiaz:chꝛiſtianꝰ vo/
lo fieri. At ille nō ſe capiēs leticia per
rexit cū eo. Ubi aūt ībutꝰ pꝛimis īſtru
ctionū ſacramētis:nō multo poſt etiaz
nomē dedit: vt per baptiſmū regene
raretur. Mirāte roma gaudēte eccle
ſia:ſuperbi videbāt ⁊ iraſcebātur:dē/
tibꝰ ſuis ſtridebāt ⁊ tabeſcebāt. Ser/
uo aūt tuo dominꝰ erat ſpes eiꝰ:⁊ nō
reſpiciebat ī vanitates ⁊ īſanias men
daces. Denique vt vētū eſt ad horaz
pꝛofitēde fidei:que verbis certis con
ceptis retētiſque memoꝛiter de loco
eminētioꝛe ī conſpectu populi fidelis
rome reddi ſolet ab eis qui acceſſuri
ſūt ad gratiaz tuam:oblatū eſſe dice/
bat victoꝛino a pꝛeſbyteris vt ſecretiꝰ
redderet:ſicut nōnulliſ qui verecūdia
trepidaturi videbantur offerri mos
erat:illuz autez maluiſſe ſalutez ſuaz
ī cōſpectu ſācte multitudinis pꝛofite/
ri. Nō eniz erat ſalus quā docebat in
rhetoꝛica:⁊ tamē eaz publice pꝛofeſ/
ſus erat. Quāto minꝰ ergo vereri de
buit māſuetū gregez tuū pꝛonūcians
verbū tuū:qui non verebatur ī ver/
bis ſuis turbas īſanoꝛuz? Itaque vbi
aſcēdit vt redderet:omnes ſibimet in
uicez quiſque vt euz nouerat īſtrepu
erunt nomē eius ī ſtrepitu gratulatio
nis. Quis autez ibi non euz nouerat?
Et ſonuit pꝛeſſo ſonitu per oꝛa cūcto/
rū colletātiū: victoꝛinus: victoꝛinus.
Cito ſonuerunt exultatione quia vi/
debant eum:⁊ cito ſiluerunt intentio/
ne vt audirent eum. Pronunciauit il/
le fidez veracez pꝛeclara fiducia:⁊ vo
lebant euz omnes rapere intro in coꝛ
ſuū:⁊ rapiebāt amando ⁊ gaudendo.
He rapientiuz manus erāt. Deus bo
ne quid agitur in homine vt plus gau
deat de ſalute deſperate aīe ⁊ de ma
ioꝛe piculo liberate:q̄ȝ ſi ſpes ei ſēper
affuiſſet aut piculū minꝰ fuiſſʒ? Eteni
tu q̄ȝ miſicoꝛs patˀ plus gaudes ḋ vno
penitente q̄ȝ ḋ nonagitanouē iuſtis q
bꝰ n̄ ē opꝰ pn̄ia. Et nos cū magna iocū

ditate audimꝰ cū audimꝰ qm̄ exultā
tis pastoris humeris reponet̄ ouis ꝗ
errauerat: ⁊ dragma referatur ĭ the/
sauros tuos colletantibꝰ vicinis mu/
lieri que inuenit; ⁊ lachrymas excutit
gaudiuz solennitatis domus tue: cuz
legitur in domo tua de minore filio:
quoniaz mortuus erat ⁊ reuixit: peri/
erat ⁊ inuentus est. Gaudes quippe
in nobis ⁊ in angelis tuis sancta cari/
tate sanctis. Naz tu sēper idez: qui ea
que non sēper nec eodem modo sunt:
eodez modo sēper nosti omnia. Quid
ergo agitur in anima: cuz āplius de/
lectatur inuentis aut redditis rebus
quas diligit: ꝙ si eas sēper habuisset?
Contestantur enim ⁊ cetera: ⁊ plena
sunt omnia testimonijs clamantibus:
ita est. Triūphat victor ĭperator: ⁊ nō
vicisset nisi pugnauisset. Et ꝙto ma/
ius periculuz fuit in prelio: tāto maiꝰ
est gaudiuz in triūpho. Jactat tēpe/
stas nauigātes: minaturque naufra/
giuz: omnes futura morte pallescūt.
Tranquillatur celuz ⁊ mare: ⁊ exul/
tant nimis: quoniaz timuerunt nimis
Eger est carus ⁊ vena eius maluz re
nunciat: omnes qui cuz saluū cupiūt
egrotant simul animo. Fit ei recte: ⁊
nonduz āmbulat pristinis viribus: ⁊ fit
iaz tale gaudiuz quale nō fuit cuz an/
tea saluus ⁊ fortis āmbularet: Easque
ipsas voluptates humane vite etiam
nō inopinatis ⁊ preter volūtatez irru
entibꝰ: sed ĭstitutis ⁊ volūtarijs mole
stiis homines acquirūt. Edēdi ⁊ bibē
di voluptas nulla est: nisi precedat esu
riēdi ⁊ sitiēdi molestia. Et ebriosi que
daz salsiuscula comedūt quo fiat mo/
lestus ardor quez duz extinguit pota
tio fit delectatio. Et ĭstitutuz est vt iā
pacte spōse nō tradātur statiz: ne vilē
habeat maritus dataz quaz nō suspi/
rauerit sponsus dilgtaz. Hoc i turpi
⁊ execrāda leticia: hoc ĭ ea que cōces/
sa ⁊ licita est: hoc in ipsa sincerissima
honestate amicicie: hoc ĭ eo qui mor/
tuꝰ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ iuentus
est. Ubique maius gaudiuz molestia
maiore precedit̄ur. Quid est hoc dn̄e
deus meus: cuz tu eternū tibi tu ipse
sis gaudiuz: ⁊ quedaz de te circa te sē
per gaudeāt? Quid est qd̄ hec rerum
pars alternat defectu ⁊ profectu offē
sionibus ⁊ cōciliationibus? An is est
modus earuz: ⁊ tantuz dedisti eis cuz
a sūmis celoruz vsque ad ima terra/
ruz: ab initio vsque in finez seculoruz:
ab angelo vsque ad vermiculuz: a mo
tu primo vsque ad extremum omnia
genera bonoruz ⁊ omnia iusta opera
tua suis queque sedibꝰ locares: ⁊ suis
queque tēporibus ageres? Hei mihi
ꝙ excelsus es in excelsis: ⁊ ꝙ pro/
fundus in profūdis: ⁊ nusquā recedis
⁊ vix redimus ad te. Age domine ⁊
fac ⁊ excita ⁊ reuoca nos: accēde ⁊ ra
pe flagra dulcesce: iaz amemus ⁊ cur
ramus. Nonne multi ex profundiore
tartaro cecitatis ꝙ victorinus rede/
unt ad te: ⁊ accedūt ⁊ illuminātur reci
piētes lumē? Q ō si qui recipiūt: acci/
piunt a te potestatez vt filii tui fiant.
Sed si minꝰ noti sint populis: minꝰ de
illis gaudent etiam qui nouerūt eos.
Quādo eni cū multis gaudet̄: ⁊ ĭ sin/
gulis vberiꝰ ē gaudiū: quia feruere fa
ciūt se ⁊ ĭflamāt̄ ex alterutro. Deide
ꝙ mltis noti: mltis sūt auctoritati ad
salutē ⁊ mltis p̄eūt secuturis: ideoꝙ
multū de illis ⁊ qui eos precesserunt
letātur: quia nō de solis letātur. Absit
eniz vt ĭ tabernaculo tuo pre paupe/
ribus accipiātur persone diuituz: aut
pre ignobilibꝰ nobiles: quādo potius
infirma mūdi elegisti vt confunderes

fortia: ⁊ ignobilia huius mūdi elegisti
⁊ cōtēptibilia ⁊ ea que nō sūt tanquā
que sunt: vt ea que sunt euacuares.
Et tamen idez ipse minimꝰ apostolo/
ruz tuorum: per cuius linguam tu ista
verba sonuisti: cū paulus procōsul p/
eius militiaz debellata superbia sub
leni iugo christi tui missus esset regis
magni prouincialis effectus: ipse quo
qz ex priore saulo paulus vocari ama
uit ob taz magne īsigne victorie. Plꝰ
eniz hostis vicitur in eo quez plus te/
net ⁊ de quo plures tenet. Plus aūt
superbos tenet nomine nobilitatis: ⁊
de his plures nomine auctoritatis.
Quāto igitur gratius cogitabatur vi
ctorini pectus qđ tanꝙ iexpugnabile
receptaculum diabolus obtinuerat/
victorini lingua quo telo grādi ⁊ acu/
to multos peremerat: abūdantius ex
ultare oportuit filios tuos: quia rex
noster alligauit fortez: ⁊ videbāt va/
sa eius erepta mūdari: ⁊ aptari in ho/
norez tuū: ⁊ fieri vtilia domino ad oē
opus bonum. Sed vbi mihi homo tu
us simplicianus de victorino ista nar
rauit: exarsi ad imitandum. Ad hoc
eniz ⁊ ille narrauerat. Postꝙ vero ⁊
illud addidit qđ iperatoris iuliani tē/
poribus lege data prohibiti sunt chri
stiani docere litteraturaz ⁊ oratoriaz:
quā legez amplexus loquacez scolaz
deserere maluit ꝙ verbum tuuz qđ
linguas infantium facit disertas: non
mihi fortior ꝙ felicior visus est: quia
inuenit occasionem vacandi tibi. Cui
rei ego suspirabam ligatus non ferro
alieno: sed mea ferrea volūtate. Uel/
le meuz tenebat inimicus: ⁊ inde mihi
catenam fecerat ⁊ constrinxerat me.
Quippe ex voluntate peruersa facta
est libido. Et dum seruitur libidini: fa
cta est consuetudo. Et dum consuetu/
dini non resistitur: facta est necessitas
quibus quasi ansulis quibusdaz sibi/
met innexis vnde catenaz appellaui
tenebat me obstrictum dura seruitus
Uoluntas autem noua que mihi esse
ceperat vt te gratis colerem fruique
te vellem deus certa sola iocunditas:
nondum erat idonea ad superandaz
priorem vetustate roborataz. Ita due
volūtates mee vna vetus alia noua:
illa carnalis illa spiritualis conflige/
bāt inter se: atque discordando dissi/
pabant animaz meam. Sic intellige/
baz in meipso experimento id qđ le/
geraz: quomodo caro concupisceret
aduersus spiritū: spiritus autē aduer
sus carnez. Ego quidem in vtroque:
sed magis ego i eo qđ in me approba
bā ꝙ i eo qđ i me iprobabā. Ibi enim
magis iaz nō ego quia ex magna par
te id patiebar inuitus: ꝙ faciebam
volens. Sed tamen consuetudo ad/
uersus me pugnatior ex me facta
erat: quoniaz volens quo nollez per/
ueneraz. Et quis iure contradiceret:
cū peccantez iusta pena sequeret? Et
nō erat iā illa excusatio q̄ videri mihi
solebaz: propterea nōdū me contem
pto seculo seruire tibi: quia icerta mi
hi esset preceptio veritatis. Iaz enim
⁊ ipsa certa erat. Ego aūt adhuc ter/
ra obligatꝰ militare tibi recusabā: ⁊ i/
pedimētis oībus sic timebā expediri
quēadmodū ipediri timēdū ē. Ita sar
cina seculi velut sōno assolet dulciter
premebar: ⁊ cogitatiōes quibus me/
ditabar in te similes erant conatibus
expergisci volētiū: qui tamē superati
soporis altitudine remergūtur. Et si/
cut nemo est qui dormire sēper velit:
omniumque sano iudicio vigilare pre
stat: differt tamen plerunque homo
somnum excutere cum grauis torpor

ī mēbris est:eumque iā̄ displicētez car
pit libēti⁹ quā̄uis surgēdi tempus ad/
uenerit:ita certū̄ habebam esse meli⁹
tue caritati me dedere ꝙ̄ mee cupidi
tati cedere. Sed illud placebat et
vincebat:hoc libebat ⁊ vinciebat. Nō
enī erat quid tibi respondere dicenti
mihi:surge q dormis ⁊ exurge a mor/
tuis ⁊ illuminabit te christus. Et vn/
dique ostēdēti vera te dicere:nō erat
oīno qd respōderē veritate ↄuict⁹:ni
si tātū̄ verba lēta ⁊ sōnolēta. Modo
ecce modo:sine paululū̄. Sed modo ⁊
modo nō habebat modū̄:⁊ sine paulu
luz:in longū̄ ibat. Frustra cōdelecta/
bar legi tue secū̄duz interiorez homi/
nez:cuz lex alia in mēbris meis repu/
gnaret legi mētis mee ⁊ captiuū̄ me
duceret in legez peccati que ī mēbris
meis erat. Lex enī peccati est violen
tia cōsuetudinis qua trahitur ⁊ tenetᷣ
etiaz inuitus animus eo merito quo ī
eaz volens illabitur. Miserum ergo
me quis liberaret de corpore mortis
hui⁹:nisi gratia tua per iesuz christum
dominū̄ nostrum. Et de vinculo quidē
desiderij concubitus quo artissimo te
nebar:⁊ seculariuz negociorū̄ seruitu
te quēadmoduz me exemeris narra/
bo:⁊ confitebor nomini tuo domine
adiutor me⁹ ⁊ redēptor me⁹. Agebaz
solita crescēte anxietudine:⁊ quotti/
die suspirabaz tibi. Frequētabaz ec/
clesiaz tuā̄ quantū̄ vacabat ab eis ne
gociis sub quorū̄ pondere gemebam
Mecū̄ erat alipius ociosus ab opere
iurisperitorū̄ post assessionem tertiaz:
expectā̄s quib⁹ iterū̄ cōsilia venderet
sicut ego vēdebaz dicendi facultatez
si qua docendo prestari potest. Ne/
bridi⁹ autez amicicie nostre cesserat:
vt omniuz nostruz familiarissimo ve/
recundo mediolanensi ⁊ ciui ⁊ gram/
matico subdoceret vehementer desi
derā̄ti ⁊ familiaritatis iure flagitanti
de numero nostro fidele adiutorium
quo indigebat nimis. Non itaque ne
bridiuz cupiditas commodorū̄ eo tra
xit:maiora enī posset si vellet de litte
ris agere:sed officio beniuolētie peti
tionez nostraz contēnere noluit ami/
cus dulcissimus ⁊ mitissim⁹. Agebat
autez aliud prudētissime cauēs inote
scere personis secunduz hoc seculum
maioribus:deuitans in eis omnez in/
quietudinez animi:quē volebat habe
re liberuz ⁊ ꝙ̄ multis posset horis feri
atuz ad querenduz aliquid vel legen/
duz vel audiendū̄ de sapientia. Quo/
daz igitur die:non recolo causaz qua
erat absens nebridius cū̄ ecce ad nos
domuz venit ad me ⁊ alipiuz pontia/
nus quidaz ciuis noster inꝙ̄tuz afer
preclare ī palatio militans:nescio qd
a nobis volebat. Et consedim⁹ vt col
loqueremur. Et forte supra mensaz lu
soriaz que ante nos erat attendit quo
dicez:tulit aperuit:inuenit apostoluz
pauluz inopinate sane:putauerat enī
aliquid de libris quoruz professio me
conterebat. Tum vero arridens me
que intuens gratulatorie:miratus est
ꝙ eas ⁊ solas ꝑ oculis meis litteras
repente cōperisset. Christianus quip/
pe ⁊ fidelis erat:⁊ sepe tibi domino no
stro prosternebatur in ecclesia crebris
⁊ diuturnis orationibus. Cui ego cū̄
indicassez illis me scripturis curaz ma
ximā̄ ipendere:ortus ē sermo ipso nar
rā̄te de ā̄tonio egyptio monacho cui⁹
nomē excellēter clarebat apud seruos
tuos:nos autez vsqz in illaz horaz la/
tebat. Quod ille vbi cōperit:imorat⁹
est in eo sermone:insinuans tantū̄ vi/
rū̄ ignorantibus ⁊ admirans eandem
nostraz ignorantiaz. Stupebam⁹ aūt

audientes taz recẽti memoria ꝛ pro/
pe nostris tẽporibus testatissima mi/
rabilia tua in fide recta ꝛ catholica ec
clesia. Omnes mirabamur: ꝛ nos qꝛ
taz magna erant: ꝛ ille quia inaudita
nobis erant. Inde sermo eius deuolu
tus est ad monasteriorũ greges ꝛ mo
res suauiolentie tue ꝛ vbera deserta
heremi: quorũ nos nihil sciebamus.
Et erat monasteriũ mediolani plenũ
bonis fratribꝰ extra vrbis menia sub
ambrosio nutritore: ꝛ non noueramꝰ.
Pertendebat ille ꝛ loquebatᷣ adhuc
ꝛ nos intenti tacebamus. Unde inci/
dit vt diceret nescio quando se ꝛ tres
alios contubernales suos nimirum
apud treueres cuz imperator pro me
ridiano circentiuz spectaculo tenere/
tur: exisse deambulatuz in ortos mu/
ris contiguos: atque illic vt forte cõ/
binati spatiabantur: vnuz secuz seor/
suz ꝛ alios duos itidez seorsuz pariter
que digressos: sed illos vagabundos
irruisse in quandaz casaz vbi habita/
bãt quidaz serui tui spiritu pauperes:
qualiuz est regnuz celorum: ꝛ inuenisse
se ibi codicem in quo scripta erat vi/
ta antonii. Quã legere cepit vnus eo
ruz ꝛ mirari ꝛ accendi ꝛ inter legen/
duz meditari ꝛ arripere talem vitaz:
ꝛ relicta militia seculi seruire tibi.
Erat autez ex eis quos dicunt agen
tes in rebus. Tũc subito repletꝰ amo
re sãcto ꝛ sobrio pudore iratus sibi cõ
iecit oculos in amicuz: ꝛ ait illi. Dic q̃/
so te: omnibus istis laboribus nostris
quo ambimus peruenire? Quid que/
rimus? Cuius rei causa militamus?
Maiorne esse poterit spes nostra in
palatio q̃ȝ vt amici iperatoris simus?
Et ibi quid non fragile plenũque pe/
riculis: ꝛ per quot pericula peruenitᷣ
ad grãdius periculuz? Et q̃ȝdiu istuc
erit? Amicus autez dei si voluero ec
ce nunc fio. Dixit hoc: ꝛ turbidus par
turitione noue vite reddidit oculos
paginis: ꝛ legebat et mutabatur intꝰ
vbi tu videbas: ꝛ exuebatur mundo
mens eius vt mox apparuit. Nãque
duz legit ꝛ voluit fluctꝰ cordis sui: in
fremuit aliquando ꝛ discreuit: decre
uitque meliora: iamque tuus ait ami/
co suo. Ego iaz abrupi me ab illa spe
nostra ꝛ deo seruire statui et hoc ex
hora hac. In hoc loco aggredior. te si
piget imitari: noli aduersari. Respon
dit ille adherere se socio tante merce/
dis tanteque militie: et ambo iaz tui
edificabant turriz sumptu idoneo re/
linquendi omnia et sequendi te. Tuz
pontianus et qui cum eo per alias or
ti partes deambulabant querentes
eos: deuenerunt in eundem locũ: et i/
uenientes admonuerunt vt redirent
q̃ȝ iaz declinasset dies. At illi narra/
to placito et proposito suo: quoque
modo in eis talis voluntas orta esset
atque firmata petiuerunt ne sibi mo
lesti essent si adiungi recusarent. Isti
autem nihilo mutati a pristinis: fleue
runt se tamen vt dicebat: atque illis
pie congratulati sunt et commenda/
uerunt se orationibus eorũ: et trahen
tes cor in terram: abierunt in palaciũ
Illi autem affigentes cor in celo mã
serunt i casa. Et ambo habebant spõ
sas. Que postea q̃ȝ hoc audierunt di
cauerunt etiam ipse virginitatem ti/
bi. Narrabat hec pontianus: tu autez
domine inter verba eius retorque/
bas me ad meipsum auferens me a
dorso meo: vbi me posuerã dũ nollez
me attẽdere: et ꝯstituebas me añ fa/
ciẽ meã vt viderẽ q̃ȝ turpis essẽ ꝛ q̃ȝ di
stortꝰ et sordidꝰ et maculosus ꝛ vlcero
sus. Et videbam et horrebam: ꝛ quo a

me fugerē non erat. Etsi conabar a me auertere aspectum: narrabat ille quod narrabat: ⁊ tu me rursus opponebas mihi: ⁊ impingebas me in oculos meos vt viderē iniqtatez meam ⁊ odissem. Nouerā eā sed dissimulabā ⁊ conniuebā ⁊ obliuiscebar. Tum vero q̄to ardentius amabā illos de q̄bus audiebam salubres affectus q̄ se totos tibi sanādos dederant: tanto execrabilius me cōparatū eis oderam: quoniam multi mei anni mecū effluxerāt forte duodecim anni: ex quo ab vndeuigesimo anno etatis mee: lecto ciceronis hortēsio: excitatus erā studio sapientie: ⁊ differebaz contempta felicitate terrena ad eam inuestigandā vacare: cuius non inuentio: sed vel sola inquisitio iaz preponenda erat etiā inuentis thesauris regnisq̧ gentiū: ⁊ ad nutū circūfluentibus corporis voluptatibus. Et ego adolescens miser: valde miser i exordio ipsius adolescentie etiā petieram a te castitatē ⁊ dixerā: da mihi castitatem ⁊ continentiā: sed noli modo. Timebā eniz ne me cito exaudires: ⁊ cito sanares a morbo cōcupiscentie quē malebam expleri q̄ extingui: et ieraz per vias prauas superstitōe sacrilega: non quidem certus in ea: sed quasi preponens eā ceteris que non pie querebā: sed inimice oppugnabaz Et putaueraz me propterea differre de die i diē: contēpta spe seculi: te solū sequi: quia nō mihi apparebat certuz aliquid quo dirigerē cursuz meū Et venerat dies quo nudarer mihi ⁊ increparet me conscientia mea. Ubi es lingua? Nempe tu dicebas ꝓpter incertū verū nolle te abiicere sarcinā vanitatis. Ecce iaz certū est: ⁊ illa te adhuc premit: humerisq̧ liberioribus penas recipiunt: qui neq̧ ita inquirēdo attriti sunt: nec decennio ⁊ amplius ista meditati. Ita rodebar intus ⁊ confundebar pudore horribili vehementer cū pontianus talia loqueret. Terminato aūt sermone ⁊ causa qua venerat: abiit ille: ⁊ ego ad me. Que non in me dixi? Quibus sententiarū verberibus non flagellaui animam meā: vt sequeretur me conantez post te ire: ⁊ retinebatur? Recusabat: ⁊ nō se excusabat. Consumpta erant ⁊ cōuicta argumenta omnia. Remanserat muta trepidatio: ⁊ quasi mortem reformidabat restringi a fluxu cōsuetudinis quo tabescebat in mortē. Tū in illa grandi rixa interioris domus mee: quā fortiter excitaueram cū anima mea in cubili nostro corde meo tā vultu q̄ mente turbatus: inuado alipiū ⁊ exclamo. Quid patimur? Quid est hoc? Quid audisti? Surgūt indocti ⁊ celū rapiunt: ⁊ nos cum doctrinis nostris sine corde ecce vbi volutamur in carne ⁊ sanguine? An quia precesserunt pudet sequi: ⁊ non pudet nec saltē sequi? Dixi nescio que talia: ⁊ abripuit me ab illo estus meus cum taceret attonitus me intuens. Neque enim solita sonabam: plusq̧ alloquebantur animū meū frons gene oculi color modus vocis q̄ verba que promebā. Hortulus quidaz erat hospitii nostri: quo nos vtebamur sicut tota domo. Nā hospes ibi non habitabat dn̄s domus. Illuc me abstulerat tumultus pectoris: vbi nemo impediret ardētē litē quā mecū aggressus erā: donec exiret qua tu sciebas: ego aūt non. Sed tantū insaniebā salubriter: ⁊ moriebar vitaliter: gnarus quid mali essem: ⁊ ignarus quid boni post paululū futurus essem. Abscessi

ergo i hortū: et alipius pedē post pedē Neqȝ eniȝ secretū meū non erat vbi ille aderat. Aut quando me sic affectū desereret? Sedimus quantū potuimus remoti ab edib⁹. Ego fremebā spiritu indignans idignatione turbulentissima: qd non irē in placitū et pactū tecū deus meus: in qd eundū esse omnia ossa mea clamabant et in celum tollebant laudibus: et non illuc ibatur nauibus aut quadrigis aut pedibus: quantū saltē de domo in eū locum ieraȝ vbi sedebamus. Nam non solū ire: veꝝ etiā peruenire illuc: nihil erat aliud q̃ꝫ velle ire: sed velle fortiter et integre non semisauciā hac atqȝ hac versare et iactare voluntatem: parte assurgentē cū alia parte cadente luctantē. Deniqȝ tā multa faciebā corpore in ipsis cunctationis estibus que aliquando volunt homines et nō valent: si aut ipsa membra non haberent: aut ea vel colligata vinculis vel resoluta languore: vel quoquo modo impedita sint. Si auulsi capillum: si percussi frontem: si consertis digitis amplexatus suȝ genu: quia volui feci. Potui aūt velle et nō facere si mobilitas membroꝝ non obsequeretur. Tā multa ergo feci vbi non hoc erat velle qd posse: et nō faciebā qd et icōparabili affectu amplius mihi placebat: et mox vt vellē posseȝ: quia mox vt vellē vtiqȝ vellē. Ibi enim facultas ea que voluntas: et ipsum velle iā facere erat: et tamē nō fiebat: facilius obtēperabat corpus tenuissime volūtati anime vt ad nutū membra mouerētur: q̃ꝫ ipsa sibi anima ad voluptateȝ suā magnā in sola voluntate pficiendā. Unde hoc monstrum: et quare istuc? Luceat misericordia tua: et iterrogē si forte mihi respōdere possint latebre penaꝝ hominū et tenebrosissime contritiones filioꝝ adam. Unde hoc monstrum: et quare istuc? Imperat animus corpori et paretur statim: iperat animus sibi et resistitur. Imperat animus vt moueatur manus: et tāta est facilitas vt vix a seruitio discernatur iperium. Et animus animus est: manus autem corpus est. Imperat animus vt velit: et animus est: nec alter est nec facit tamē. Unde hoc mōstrū: et quare istuc? Imperat iquā vt velit qui nō iperaret nisi vellet: et nō fit qd iperat. Sed nō ex toto vult. Non ergo ex toto iperat. Nam i tātū imperat in quātū vult: et i tm̄ nō fit qd iperat. iquātū nō vult: quoniā voluntas imperat vt sit volūtas: nec alia sed ipsa. Nō vtiqȝ plena iperat: ideo non est qd iperat. Nam si plena esset: nec imperaret vt esset: quia iaȝ esset. Non igitur monstrum partim velle patim nolle: sed egritudo animi est: quia non totus assurgit veritate subleuatus: consuetudine pregrauatus. Et ideo sunt due voluntates: quia vna earum tota non est. et hoc adest alteri qd deest alteri. Pereant a facie tua deus sicuti pereunt vaniloqui et mentis seductores: qui cum duas voluntates in deliberādo animaduerterint duas naturas duarū mentium esse asseuerant: vnam bonam: alteram malam. Ipsi vere mali sunt cum ista mala sentiunt: et idem ipsi boni erunt si vera senserint: verisque consenserint: vt dicat eis apostolus tuus. Fuistis aliquādo tenebre: nunc autem lux in domino. Illi eniȝ dum volunt esse lux non in domino sed in seipsis: putando aīe naturā hoc esse qd deus est: ita facti sunt deteriores tenebre: quoniā longius a te re-

cesserunt horrenda arrogantia a te vero lumine illuminâte omnẽ homi/nem venientem ĩhunc mũdũ. Atten dite quid dicatis ⁊ erubescite: ⁊ acce/dite ad eũ ⁊ illuminamini: ⁊ vultus vestri nõ erubescent. Ego cũ delibe/rabã vt iã seruirez domino deo meo sicut diu disposuerã: ego eram qui vo lebã ego qui nolebã. Ego ego eram. Nec plene volebã: nec plene nolebã. Ideo mecum cõtẽdebã: ⁊ dissipabar a meipso. Et ipsa dissipatio me inuito quidẽ fiebat: nec tamẽ ostẽdebat na/turam mentis aliene: sed penam mee Et ideo non iã ego operabar illã sed quod habitabat in me peccatũ de sup plicio liberioris peccati: qa erã filius adam. Nam si tot sunt contrarie na/ture quot voluntates sibi resistunt: non iam due sed plures erunt. Si de liberet quisquam vtrũ ad cõuenticu lum eorum pergat an ad theatrũ: cla mant isti: Ecce due nature: vna bona hac adducit: altera mala illac reducit Naz vnde ista cunctatio sibimet ad/uersantiũ volũtatũ? Ego aũt dico ambas malas: ⁊ que ad illos ducit et que ad theatrũ reducit. Sed nõ cre/dũt nisi bonam esse qua itur ad eos. Quid si ergo quisquam nostrum de/liberet: vt secum altercantibus du/abus voluntatibus fluctuet vtrum ad theatrum pergat an ad ecclesiam nostram? Nonne ⁊ isti quid respon/deant fluctuabũt? Aut eniz fatebun tur qd volũt bona volũtate pergi in ecclesiã nostrã: sicut in eã pergũt qui sacramẽtis eius imbuti sunt atq; de/tinentur: aut duas malas naturas et duas malas mentes in vno homine confligere putabũt: ⁊ nõ erit verũ qd solent dicere vnã bonã ⁊ alterã ma/laz: aut cõuertentur ad verũ ⁊ nõ ne/gabũt cũ quisq; deliberat animã vnã diuersis voluntatibus estuare. Jam ergo non dicãt cũ duas volũtates in homine vno aduersari sibi sentiunt duas contrarias mentes de duabus contrariis substantiis et de duobus cõtrariis principiis contendere: vnã bonã alterã malã. Nã tu deus verax improbas eos ⁊ redarguis atq; conuin/cis eos sicut in vtraq; mala volũta/te: cũ quisq; deliberat vtrũ hominez veneno interimat an ferro: vtrũ fun/dum alienum: illum an illum inua/dat: quando vtrũq; non potest: vtrũ emat voluptatez luxuria an pecuniã seruet auaricia: vtrũ ad circũ pgat an ad theatrũ: si vno die vtrũq; exhibea tur: addo etiam tertiũ: an ad furtum de domo aliena si subest occasio: ad/do ⁊ quartũ: an ad cõmittendũ adul/teriũ si ⁊ inde simul facultas aperitur si omnia concurrant in vnũ articulũ temporis pariterq; cupiãtur omnia que simul agi nequeunt. Discerpunt enim animũ sibimet aduersantibus quatuor volũtatibꝰ vel etiã pluribus in tanta copia rerũ que appetuntur nec tamẽ tãtaz multitudinez diuersa rũ substantiarũ solent dicere. Ita et in bonis volũtatibus. Nã quero ab eis vtrum bonum sit delectari in le/ctione apostoli: et vtrum bonum sit delectari psalmo sobrio: ⁊ vtrum bo nũ sit euãgeliũ disserere. Responde bũt ad singula. Bonuz. Quid si ergo pariter delectent omnia simulq; vno tempore? Nonne diuerse volũtates distendunt cor hominis cum delibe/ratur quid potissimũ arripiamus? Et omnes bone sunt: ⁊ certant secũ do/nec eligatur vnum quo feratur tota volũtas vna que in plures diuideba tur. Ita etiaz cum eternitas delectat

superius: et temporalis boni voluptas retentat inferius: eadem anima est non tota voluntate illud aut hoc volens: et ideo discerpitur gravi molestia: dum illud veritate preponit: hoc familiaritate non ponit. Sic egrotabam et excruciabar accusans memetipsum solito acerbius nimis: ac voluens et versans me in vinculo meo: donec abrumperetur totum quo iam exiguo tenebar. Sed tenebar tamen et instabas tu in occultis meis domine severa misericordia flagella ingeminans timoris et pudoris: ne rursus cessarem et non abrumperetur id exiguum et tenue quod remanserat: et revalesceret iterum et me robustius alligaret. Dicebam enim apud me intus. Ecce modo fiat: modo fiat. Et cum verbo iam ibam in placitum: iam pene faciebam et non faciebam: nec relabebar tamen in pristina: sed de proximo stabam et respirabam. Et iterum conabar et paulominus ibi eram: et paulominus iam iamque attingebam et tenebam et non ibi eram nec attingebam nec tenebam hesitans mori morti et vite vivere. Plusque in me valebat deterius insolitum: quam melius insolitum: punctumque ipsum temporis quo aliud futurus eram quanto propius admovebatur: tanto ampliorem incutiebat horrorem: sed non recutiebat retro nec avertebat: sed suspendebat. Retinebant nuge nugarum et vanitates vanitatum antique amice mee: et succutiebant vestem meam carneam et submurmurabant. Dimittis ne nos et a momento isto non erimus tecum ultra in eternum: et a momento isto non tibi licebit hoc et illud ultra in eternum? Et que suggerebant in eo quod dixi hoc et illud? que suggerebant deus meus avertat ab anima servi tui misericordia tua: quas sordes suggerebant? que dedecora? Et audiebam eas iam longe minus quam dimidius non tanquam libere contradicentes eundo in obviam: sed veluti a dorso mussitantes et discedentem quasi furtim vellicantes ut respicerem: retardabant tamen me recunctantem abripere atque excutere ab eis et transilire quo vocabar: cum diceret mihi consuetudo violenta: putas ne sine istis poteris? Sed iam tepidissime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte qua intenderam faciem: et quo transire trepidabam: casta dignitas continentie serena et non dissolute hilaris: honeste blandiens ut venirem neque dubitarem: et extendens ad me suscipiendum et amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puelle: ibi iuventus multa et omnis etas: et graves vidue et virgines anus: et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis: sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te domine. Et irridebat me irrisione exhortatoria quasi diceret. Tu non poteris quod isti et iste? An vero isti et iste in semetipsis possunt ac non in domino deo suo? Dominus deus eorum me dedit eis. Quid in te stas et non stas? Proiice te in eum: noli metuere: non se subtrahet ut cadas: proiice te securus: excipiet te et sanabit te. Et erubescebam nimis quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam et cunctabundus pendebam. Et rursus illa quasi diceret. Obsurdesce adversus immunda illa membra tua super terram ut mortificentur. Narrant tibi delectationes sed non sicut lex domini dei tui. Ista controversia in corde meo non nisi de meipso adversus meipsum. At alipius affixus lateri meo inusitati motus mei exitum tacitus opperiebatur: Ubi vero a fundo archano alta consideratio contraxit et congessit totam miseriam meam in conspectu cordis mei. oborta est procella ingens ferens ingen-

tez ibrez lachrymarꝝ. Et vt totū effun
derez cū vocibus suis surrexi ab ali/
pio: solitudo mihi ad negocium flendi
aptior suggerebatur. Et secessi remo
tius ꝙ vt posset mihi onerosa esse
etiaz eius presentia. Sic tūc eraz: ⁊ il
le sensit. Nescio quid enī puto dixe/
raz: ī quo apparebat sonus vocis mee
iam fletu grauidus. ⁊ sic surrexeram
Mansit ergo ille vbi sedebamus ni/
mie stupens. Ego sub quadā fici arbo
re straui me nescio quomodo: ⁊ dimi/
si habenas lachrymis: ⁊ proruperūt flu
mina oculorū meorū: acceptabile sa/
crificiū tuū. Et nō quidez his verbis:
sed in hac sentētia multa dixi tibi. Et
tu domine vsquequo? Usquequo do
mine irasceris in finē? Ne memor fue
ris iniquitatū nostrarū antiquarꝝ. Sē
tiebaz enim ab eis me teneri. ⁊ iacta/
baz voces miserabiles. Quādiu quādiu
cras ⁊ cras. Quare nō modo? quare
non hac hora finis turpitudinis mee?
Dicebaz hec ⁊ flebaz amarissima con
tritione cordis mei. Et ecce audio vo
cez de vicina domo cū cantu dicētis
⁊ crebro repetentis quasi pueri an pu
elle nescio. Tolle lege: tolle lege. Sta
tique mutato vultu intentissimus co
gitare cepi: vtrum naz solerent pueri
in aliquo genere ludendi cantitare ta
le aliquid: nec occurrebat omnino au
diuisse me vspiaz. Repressoque īpe/
tu lachrymarum. surrexi nihil aliud ī
terpretans diuinitus mihi iuberi: nisi
vt aperirez codicez ⁊ legerez qđ pri/
muz capitulū īuenissez. Audierā eniz
de antonio ꝙ ex euangelica lectione
cui forte superuenerat admonit⁹ fue/
rit: tanquā sibi diceretur qđ legebat:
Uade vēde omnia que habes ⁊ da pau
peribus: ⁊ habebis thesaurū in celis:
⁊ veni sequere me: ⁊ tali oraculo cōfe
stiz ad te esse cōuersū. Itaque conci/
tus redii ad eū locum vbi sedebat ali
pius: ibi enim posueraz codicem apo
stoli cū inde surrexeraz. Arripui: ape
rui ⁊ legi in silētio capitulum quo pri
muz coniecti sūt oculi mei. Non in co
messationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹: nō ī cubili
bus ⁊ īpudiciciis: nō ī cōtētiōe ⁊ emu
latiōe: sꝫ īduite dominū iesū christū: ⁊
carnis prouidētiaz ne feceritis in con
cupiscentiis. Nec vltra volui legere
nec opus erat. Statim quippe cuz fi
ne huiusce sententie quasi luce securi
tatis infusa: cordi meo omnis dubita
tionis tenebre diffugerūt. Tuz īterie
cto aut digito aut nescio quo alio si/
gno: codicem clausi: ⁊ tranquillo iam
vultu indicaui alipio. At ille quid in
se ageretur qđ ego nesciebaz. sic indi
cauit. Petit videre quid legissez: ostē
di: ⁊ attēdit etiaz vltra ꝙ ego legeraz
⁊ ignorabaz qđ sequereī. Sequebatˀ
vero: īfirmū aūt ī fide recipite. Quod
ille ad se rettulit: mihiqꝫ aperuit. Sꝫ
tali admonitione firmat⁹ ē: placitoqꝫ
ac proposito bono ⁊ congruentissimo
suis moribus quib⁹ a me ī melius iaz
oliz valde longeque distabat: sine vl
la turbulēta cūctatione cōiunct⁹ est.
Inde ad matrem ingredimur: indica
m⁹: gaudet: narram⁹ quēadmodū ge
stuz sit: exultat ⁊ triumphat: ⁊ benedi
cebat tibi qui potens es vltra ꝙ peti
m⁹ aut ītelligim⁹ facere. qꝛ tāto āpli⁹
sibi a te cōcessū đ me videbat: ꝙto pe
tere solebat miserabilib⁹ eiulatib⁹ fle
bilibusqꝫ gemitib⁹. Cōuertisti enī ita
me ad te. vt nec vxorē q̄rerē: nec ali
ꝙ spez secłi hui⁹: stās ī ea r̄gula fidei
ī q̄ me añ tot ānos ei reuelaueras. Et
ꝯuertisti luctū ei⁹ ī gaudiū mł̄to vbe
ri⁹ ꝙ voluerat: ⁊ multo cari⁹ atqꝫ ca
sti⁹ ꝙ đ nepotib⁹ carnis mee regrebat

Explicit liber. viii^9. Incipit non^9.

Domine ego seruus tuus ego seruus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Laudet te cor meum et lingua mea: et oīa ossa mea dicāt: dñe quis similis tibi: dicāt et respōde mihi: et dic anime mee: salus tua ego sum. Quis ego et qualis ego? Quid non mali ego: aut facta mea aut si nō facta dicta mea: aut si nō dicta volūtas mea fuit? Tu aūt dñe bonus et misericors: et dextera tua respiciens profunditatē mortis mee: et a fundo cordis mei exhauriēs abyssuz corruptionis. Et hoc erat totum nolle quod volebam et velle quod volebas. Sed vbi erat tam annoso tempore et de quo vno altoqȝ secreto euacuatuz est in momento liberū arbitriū meū: quo subderez ceruicē leni iugo tuo: et humeros leui sarcine tue christe iesu adiutor meus et redēptor me^9? Quā suaue mihi subito factū ē carere suauitatibus nugaruz: et quas amittere metus fuerat: iā dimittere gaudium erat. Eiiciebas eniz eas a me vera tu et summa suauitas: eiiciebas et itrabas pro eis omni voluptate dulcior: sed nō carni et sanguini: omni luce clarior. sed omni secreto iterior: omni honore sublimior: sed nō sublimibus ī se Jaz liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi et acquirendi et volutādi atqȝ scalpēdi scabiē libidinū: et garriebā tibi claritati mee et diuitiis meis et saluti mee domino deo meo. Et placuit mihi in cōspectu tuo non tumultuose abripere: sed leniter subtrahere ministeriū ligue mee nūdinis loquacitatis: ne vlterius pueri meditātes non legē tuā non pacē tuā sed insanias mendaces et bella forensia mercarentur ex ore meo arma furori suo. Et opportune iam paucissimi dies supererant ad vindemiales ferias: et statui tolerare illos vt solenniter abscederem: et redemptus a te iam non redirem venalis. Consilium ergo nostrum erat coram te: coram hominibus autem nisi nostris nō erat. Et cōuenerat inter nos: ne passiz cuiqȝ effunderetur: qȝqȝ tu nobis a cōualle plorationis ascendentibus et cātantibus canticū graduuz dederas sagittas acutas: et carbōes vastatores aduersus linguaz subdolam velut consulendo contradicentem: et sicut cibum assolet amando consumentem. Sagittaueras tu cor nostrum charitate tua: et gestabamus verba tua transfixa visceribus et exempla seruorum tuoruz quos de nigris lucidos. de mortuis viuos feceras. Congesta in signum cogitationis nostre vrebāt: et assumebāt grauē torporē: ne ī ima vergeremur: et accēdebāt nos valde: vt oīs ex līgua subdola ꝯtradictiōis flat^9 iflāmare nos acrius posset. nō extinguere. Verūtamē quia propter nomē tuū quod sanctificasti per terras etiā laudatores vtiqȝ haberet votū et propositū nostrū: iactātie simile videbatur: nō opperiri tā proximū feriarum tempus: sed de publica professione atqȝ ante oculos omniū scita ante discederez: vt conuersa in factū meū ora cūctorū intuentiū qȝ vicinū vindemialiū diem preuenire voluerim: multi dicerent qȝ quasi appetissem magnus videri. Et quo mihi erat istud vt putaretur et disputaretur de aīo meo: et blassemaretur bonum nostrum? Quin etiā qđ ipsa estate litterario la

bori nimio pulmo meus cedere cepe/rat: et difficulter trahere suspiria dolo ribusque pectoris testari se sauciū: vocemque clariorē productioremue re/cusare: primo pturbauerat me: quia magisterii illius sarcinā pene iam ne/cessitate deponere cogebar: aut si cu rari et conualescere potuissem certe i/termittere. Sed vbi plena voluntas vacandi et videndi: quoniā tu es do/minus: oborta mihi est atque firmata: nosti deus meus: etiam gaudere cepi quod hec quoque suberat non mendax excusatio que offensionē hominū tē/peraret: qui propter liberos suos me liberū esse nunquā volebāt. Plenus igitur tali gaudio tolerabā illud inter/uallū tēporis donec decurreret. Ne scio vtrū vel viginti dies erāt: sed ta men fortiter tolerabantur: quia re/cesserat cupiditas que mecū solebat ferre graue negociū: et ego premen/dus remanserā nisi patientia succede ret. Peccasse me in hoc quisquam ser/uorum tuorum fratrū meorum dixerit: quod iam pleno corde militia tua passus me fuerim vel vna hora sedere in cathe/dra mendacii. At ego non contendo. Sed tu dn̄e misericordissime nonne et hoc peccatū cū ceteris horrendis et funereis in aqua sancta ignouisti et re misisti mihi? Macerabatur anxie/tudine verecundus de isto nostro bo no: quod propter vincula sua quibus te/nacissime tenebatur deseri se nostro consortio videbat nondū christianus coniuge fideli: ea ipsa tamen artiore pre ceteris compede ab itinere quod aggressi eramus retardabatur. Nec christianum esse alio modo se velle dicebat: quam illo quo non poterat. Be nigne sane obtulit: vt quamdiu ibi essē/mus in re eius essemus. Retribues illi domine in resurrectione iustorum: quia iam ipsam sortem retribuisti ei. Quamuis enim absentibus nobis cum rome iam essemus: corpora/li egritudine correptus et in ea christi/anus et fidelis factus ex hac vita mi/grauit. Ita misertus es non solū eius sed etiam nostri: ne cogitantes egregi am circa nos amici humanitatem: nec eum in grege tuo numerantes: dolo/re intolerabili cruciaremur. Gratias tibi dn̄e deus noster: tui sumus. In/dicant hortationes et consolationes tue fidelis promissor reddes verecun do pro rure illo eius cassiaco vbi ab estu seculi requieuimus in te: ameni/tatē sempiterne virentis paradisi tui quoniā dimisisti ei peccata super ter/ram in monte incaseato: mōte tuo: mō te vberi. Angebatur ergo tunc ipse. nebridius aūt colletabatur. Quāuis enim et ipse nondū christianus in illam foueā perniciosissimi erroris incide/rat: vt veritatis filii tui carnē phan/tasma crederet: tamen inde emergēs sic sibi erat nondū ībutus vllis eccle sie tue sacramentis: sed inquisitor ar dentissimus veritatis. Quē non mul to post conuersionē nostrā et regene/rationē per baptismū tuū: ipsum etiam fidelē catholicū castitate perfecta at/que continentia tibi seruientē: in afri/ca apud suos: postquam tota domus eius per eū christiana facta esset: carne sol uisti: et nunc ille viuit in sinu abrahe: quicquid illud est quod illo significa/tur sinu: ibi nebridius meus viuit: dul cis amicus meus: tuus aūt dn̄e ado/ptiuus ex liberto filius ibi viuit. Nā quis alius tali anime locus? Ibi viuit vnde me multa interrogabat homū/cionē inexpertū. Iam non ponit aurē ad os meū: sed spirituale os ad fontē

tuū:ꝛ bibit ꝗtū potest sapientiā pro
auiditate sua sine fine felix. Nec eū
sic arbitror inebriari ex ea vt obliui/
scatur mei:cū tu dn̄e:quē potat ille:
nostri sis memor. Sic ergo eram⁹ ve
recūdū consolantes tristē salua ami
cicia de tali conuersione nostra:ex/
hortantes ad fidem gradus sui: vite
scilicet coniugalis:nebridiū aūt oppe
rientes quando sequeretur quod de
tā proximo poterat:ꝛ erat iā iāq3 fa/
cturus:cū ecce euoluti sunt dies illi
tandē q iā longi ꝛ multi videbant̄
pre amore libertatis ociose ad cantā
dū de medullis omnibus. Tibi dixit
cor meū quesiui vultū tuū:vultū tuū
dn̄e requirā. Et venit dies i quo etiā
actu soluerer a ꝓfessione rhetorica:
vnde iā cogitatu solutus erā:ꝛ factū
est:ꝛ eruisti linguā meā vnde iā eru/
eras cor meū:ꝛ benedicebā tibi gau/
dens profectus in villā cū eis omni/
bus. Ibi quid egerim in litteris iam
quidē seruientib⁹ tibi:sed adhuc in su
perbie scolā tanquā in pausationem
anhelantibus:testant̄ libri disputati
cū presentibus ꝛ cū ipso me solo corā
te. Que aūt cū absente nebridio:te/
stant̄ epistole. Et quando mihi suffici
at tēpus cōmemorādi omnia magna
erga nos beneficia tua in illo tēpore:
presertim ad alia maiora properanti?
Reuocat eniz me recordatio mea: ꝛ
dulce mihi fit dn̄e confiteri tibi:qui/
bus internis me stimulis perdomue/
ris:ꝛ queadmodū me cōplanaueris
humiliatis montib⁹ ꝛ collib⁹ cogita/
tionū meaꝝ:ꝛ tortuosa mea direxe/
ris:ꝛ aspera lenieris: quoque modo
ipsū etiā alipiū fratrē cordis mei sub/
egeris nomini vnigeniti tui dn̄i ꝛ sal
uatoris nostri iesu xp̄i:qđ primo de/
dignabat̄ inseri litteris nostris. Ma
gis eniz eas volebat redolere gymna
siorum cedros: quas iam contriuit
dn̄s:q̄ȝ salubres herbas ecclesiasti/
cas aduersas serpētibus. Quas tibi
deus meus voces dedi cū legerem
psalmos dauid:cātica fidelia ꝛ sonos
pietatis excludentes turgidū spiritū
rudis i germano amore tuo cathecu/
minus in villa cū cathecumino alipio
feriatus:matre adherente nobis mu
liebri habitu:virili fide:anili securita
te.materna caritate:xp̄iana pietate?
Quas tibi voces dabā in psalmis il/
lis:ꝛ quomodo in te inflammabar ex
eis ꝛ accendebar eos recitare si pos/
sem toto orbe terraꝝ aduersus typum
generis humani? Et tamē toto orbe
cantant̄:ꝛ non est q se abscondat a ca
lore tuo. Quā vehementi ꝛ acri dolo
re idignabar manicheis:ꝛ miserabar
eos rursus: ꝙ illa sacramenta: illa
medicamenta nescirent ꝛ isani essent
aduersus antidotum quo sani esse po
tuissent. Vellē vt alicubi iuxta essent
tunc ignorante me vtrum audirent:
et me nesciente ꝙ ibi essent intue/
rentur faciem meam:ꝛ audirent vo/
ces meas quando legi quartum psal/
mum in illo tunc ocio:quid de me fe/
cerit ille psalmus. Cum inuocarem te:
exaudisti me deus iustitie mee:in tri/
bulatione dilatasti mihi. Miserere
mei domine:et exaudi orationem me/
am. Audirent ignorante me vtrum
audirent:ne me propter se illa dicere
putarent:que iter hec verba dixeriz
quia et reuera nec ea dicerem nec sic
ea dicerem si me ab eis audiri viderē/
que sentirē:nec si dicerē sic acciperēt
quō mecū ꝛ mihi corā te de familiari
affectu animi mei. Inhorrui timendo

ibidemq inferbui sperando ꝛ exultā do in tua misericordia pater: et hec oīa exibant per oculos meos et vocē meā: cū cōuersus ad nos spūs tuꝰ bonus ait nobis. Filii hoīum quousq graues corde. vt quid diligitis vanitatē et queritis mendaciū? Dilexerā enim vanitatē: et quesierā mēdaciū: et tu dn̄e iā magnificaueras sanctū tuū suscitās eū a mortuis: et collocās ad dexterā tuā vnde mitteret ex alto ꝓmissionē tuā paraclitū spiritū veritatis. et miserat iā eum: sed ego nesciebā. Miserat eū: qꝛ iā magnificatus erat resurgēs a mortuis: ꝛ ascendens i celū. Ante aūt spiritus nondū erat datus: quia iesus nondū erat clarificatus. Et clamat prophetia. Quousq graues corde? Ut quid diligitis vanitatē ꝛ q̄ritis mēdaciū? Et scitote q̄m dn̄s magnificauit sanctū suū. Clamat quousq: clamat scitote. Et ego nesciens tā diu vanitatē dilexi ꝛ mendaciū quesiui: ꝛ ideo audiui ꝛ cōtremui: quoniā talibus dicitur qualē me fuisse reminiscebar. In ꝓhātasiis enim quas pro veritate tenuerā: vanitas erat ꝛ mendaciū. Et insonui multa grauiter ac fortiter in dolore recordationis mee: que vtinā audissent qui adhucusq diligunt vanitatē ꝛ querunt mendaciū. Forte conturbarentur ꝛ euomuissent illud: et exaudires eos cum clamarent ad te: quoniā vera morte carnis mortuꝰ est pro nobis qui te interpellat ꝓ nobis. Legebam: irascimini ꝛ nolite peccare. Et quomodo mouebar deus meus: q iā didicerā irasci mihi de preteritis vt de cetero non peccarē? Et merito irasci quia non alia natura gentis tenebrarū de me peccabat: sicut dicūt qui sibi non irascūtur ꝛ thesaurizant sibi irā in die ire ꝛ reuelationis iusti iudicii tui. Nec iā bona mea foris erant nec oculis carneis in isto sole querebantur. Uolentes enim gaudere forinsecus facile euanescūt ꝛ effundūtur in ea que videntur ꝛ tēporalia sunt: ꝛ imagines eorꝫ famelica cogitatione lābūt. Et o si fatigentur inedia ꝛ dicant: quis ostendit nobis bona? Et dicamus ꝛ audiant: signatū est in nobis lumen vultus tui dn̄e. Nō enī lumen nos sumus quod illuminat omnē hominē: sed illuminamur a te: vt qui fuimus aliquando tenebre simus lux in te. O si viderent īternū lumen eternū: quod ego quia gustauerā frendebā: quoniā non eis poterā ostendere si afferrent ad me cor in oculis suis foris a te: ꝛ dicerēt quis ostendet nobis bona? Ibi enim: ibi mihi iratus erā intus in cubili: ibi cōpunctus erā. ibi sacrificauerā mactans vetustatem meam: ꝛ inchoata meditatione renouationis mee sperans in te: ibi mihi dulcescere ceperas ꝛ dederas leticiā in corde meo. Et exclamabā legēs hec foris ꝛ agnoscens intus: Nec volebam multiplicari terrenis bonis deuorans tēpora ꝛ deuoratus tēporalibus cū haberē in eterna simplicitate aliud frumentū ꝛ vinū ꝛ oleū. Et clamabā i consequēti versu clamore alto cordis mei O i pace. O i idipsū. O qd dixit: obdormiā ꝛ sōnū capiā: quoniā quis resistet nobis: cū fiet sermo qui scriptus est: absorpta est mors in victoria? Et tu es in idipsum valde qui non mutaris: ꝛ in te requies obliuiscens laborꝫ omnium: quoniam nullus alius tecū sed nec ad alia multa adipiscēda que nō sūt qđ tu: sꝫ tu dn̄e singulariter in spe ɔstituisti me. Legebā ꝛ ardebā:

offerte de volũtate vr̃a. Qd coẽ erit diſtribuet̃ vnicuiqʒ: ſic cuiqʒ op⁹ erit. Hazophilaciũ attẽdite: ⁊ oẽs hẽbim⁹ Ualde me delectat ſi ipʒ fuerit p̃ſepe nr̃ʒ: vt nos ſim⁹ iumẽta dei: vos ager dei. Nemo. n. dʒ birrũ lineã tunicaʒ: niſi i coẽ. De coĩ accepi: ⁊ mihi ipi cum ſciã coẽ me velle hr̃e q̃cqd hẽo nolo talia offerat ſcitas vr̃a: q̃b⁹ ego ſolus q̃ſi decẽti⁹ vtar. Offerat̃ mihi v̾bi. g. birrũ p̃cioſũ. forte decet epʒ: q̃uis ñ deceat auguſtinũ. i. hoĩeʒ paupeʒ de paupib⁹ natũ. Mõ dicturi ſũt hoĩes qꝛ iueni p̃cioſã veſteʒ: quã ñ poſſeʒ ha bere. vl̃ i domo pr̃is mei: vl̃ i illa ſe/ culari poſſeſſiõe mea. ñ decet. talem debeo q̃leʒ poſſũ: ſi ñ habuerit fratri meo dare: q̃leʒ põt hr̃e p̃ſbr: q̃leʒ põt hr̃e decenter diacon⁹ ⁊ ſbdiacon⁹: ta leʒ volo accipe: qꝛ i cõmune accipio. Si qs melioreʒ dederit vendo qd fa cere ſoleo: vt qñ ñ põt veſtis eẽ cois: p̃ciũ veſtis põt eẽ coẽ. vendo ⁊ erogo paupib⁹. Si h̃ eũ delectat: vt ego ha/ beã: taleʒ det de qua ñ erubeſcã. Fa teor. n. vobis: de p̃cioſa veſte erube/ ſco: qꝛ nõ decet hãc ꝓfeſſioneʒ: nõ de cet hãc ãmonitionem. non decet hec membra. nõ decet hoſ canos. etiã illõ dico: ſi forte i nr̃a domo: i nr̃a ſocieta te eger eſt aliqs: vl̃ p⁹ egritudineʒ vt neceſſe ſit eũ hora prãdij reficere nõ ꝓhibeo religioſos vl̃ religioſas mit/ tere eis quod eis videt̃ vt mittãt. Prã diũ tamen ⁊ cenaʒ extra nemo habe/ bit. Ecce dico audiſtis: audiũt. Qui habere voluerit proprium: ⁊ de ꝓprio viuere: ⁊ contra precepta iſta noſtra facere parum eſt: vt dicam non me/ cum manebit: ſed clericus erit. Dixe raʒ. n. ⁊ ſcio me dixiſſe vt ſi nollent ſu ſcipere ſocialeʒ vitam mecũ: non illis tollerẽ clericatũ. Seorſũ manerent

leorsum viuerent. Quomodo nossent deo viuerent: et tamen ante oculos posui quantum mali sit a proposito cadit. Malui tamen habere vel claudos. quam plangere mortuos Qui enim hipocrita est: mortuus est. Quo ergo quicunque voluisset extra manere: contra suo viuere: non ei tollerem clericatum. Ita modo quia placuit illis deo propitio socialis hec vita: quisquis cum hipocrisi vixerit. quisquis inuentus fuerit habens proprium. non illi permitto vt inde faciat testamentum: sed delebo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille concilia: nauiget contra me quo voluerit: sit certe vbi potuerit. Adiuuabit me dominus: vt vbi ego episcopus sum: ille clericus non possit. Audistis? Audierunt. sed et spero in deum nostrum: et misericordiam eius: quia sic dispositionem meam istam hylaritate acceperunt: sic eam pure fideliterque seruabunt. Dixi aliquid suum non habere presbyteros cohabitatores meos: inter quos est presbyter barnabas: sed et de illo audiui quedam fuisse iactata. Quoniam omnia quia emit villam a dilecto et honorabili filio meo eleusino: hoc falsum est. Monasterio donauit ille: non vendidit. ego sum testis donauit illi non vendidit Sed dum non creditur donare potuisse: creditur vendidisse. Beatus homo qui tam bonum opus fecit. vt non crederetur. Tamen vel modo credite et detractores audistis: libenter desinite. Iam dixi. Ego sum testis. Dictum est de illo: quod anno prepositus fuerat: per industria debita fecerit: vt dum nolo ego reddi debita dare illi poscenti fundum victorianensem: tamquam dixisset mihi: vt reddam debita mea. da mihi in decem annos fundum victorianensem. Et hoc falsum est: sed fuit unus rumor nascere. Fecit debita reddendo a nobis reddita sunt partim: unum potuerunt. Remansit aliquid quod non debebatur etiam monasterio illo: quod prius ipse des instituit. Cum ergo remansisset: cepimus querere: unum debitum redderemus. Ad conductionem istius fundi nullus accessit: nisi quadragita solidos offerens pensionem. Sed vidimus fundum amplius posse dare vt celerius debitum redderemus: et commisi fidei: et vt de ipsa conductione lucra non requirerent fratres sed quicquid daret fundus: de ipsis fructibus imputarent ad debitum. fide agitur. Paratus est presbyter vt alium constituam: quod de fructibus fratribus reddat. Ex numero nostro sit aliquis cui hoc committam: ex numero ipsorum qui ad nos talia pertulerunt. Sunt enim in nobis homines religiosi: si qui eum rumore falso reprehensum esse voluerunt: et tamen crediderunt factum. Ex ipsis ergo aliquis veniat ad nos. suscipiat possessionem: omnes fructus preciis suis fideliter vendat: vt reddi possit facilius quod debetur: et hodie recedit inde cura presbyteri: Locus etiam ipse vbi monasterium constitutum est: a memorato honorabili filio meo eleusino ipsi presbytero Bernardo donatus est. Antequam ordinaretur presbyter in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen quia nomine ipsius donatus erat locus: mutauit instrumenta vt nomine monasterii possideatur. De fundo victorianensi ego rogo et hortor ego peto: vt si quis religiosus est: fide agat: et exhibeat ecclesie istam operam vt cito debita reddam. Quod si nemo de lucis fuerit inuentus. ego prepono alium. iste illuc non accedit. Quid vultis amplius? nemo laceret seruos dei: quia non expedit lacerantibus. Seruus dei quidem merces falsis detractionibus crescit: sed crescit etiam pena detrahentium. Nam non sine causa dictum est. Gaudete et exultate quando detrahunt de nobis: dicentes falsa: quia merces vestra magna est in celis. Nolumus cum detrimento nostro: magnam habere mercedem. Minus ibi habeamus: et tamen ibi regnemus. Finis.

Ex libro retractationũ beati Augu
stini in librũ de vera religiõe eiusdẽ.

De vera religiõe libꝝ scripsi in
quo multipliciter ꝛ copiosissi
me disputat᷑. vnũ verꝝ dꝫ .i.
trinitatẽ patrẽ ꝛ filiũ ꝛ spm̃ scm̃ religi
one vera colẽdũ. ꝛ quãta misericordia
ei⁹ p tẽporalẽ dispẽsationẽ cõcessa sit
hoĩb⁹ christiana religio q̃ vera religio
ẽ ad eũdẽ cultũ dei quemadmodũ sit
hõ quadã sua vita coaptãd⁹. Maxie
tñ ꝯ duas naturas manicheorũ liber
sic loq̃r i hoc libro quodã loco. Sit i
quã tibi mãifestũ atqꝫ perceptũ nullũ
errorẽ i religiõe eẽ potuisse si aĩa pro
deo suo nõ coleret aĩaꝫ aut corp⁹ aut
fãtasmata sua: h̃ aĩaꝫ p vniuersa cre
atura icorporali posui ñ loquẽs mor
scripturarũ q̃ aĩaꝫ qñ ñ trãslato vbo
vtũt᷑ nescio vtꝝ velint itelligi nisi ea
q̃ viuũt aĩalia mortalia in qb⁹ ꝛ hoĩes
st. q̃diu mortales sũt. Paulo post au
teꝫ eũdẽ sensuꝫ meli⁹ sũ breuiusqꝫ cõ
plexus. Ubi dixi. Nõ ergo creature
poti⁹ q̃ creatori fuiam⁹. Nec euane
scam⁹ in cogitatiõib⁹ nostris ꝛ pfecta
r̃ligio ẽ. Creaturã qppe vno noĩe vtrã
qꝫ .i. spiritualẽ corporalẽqꝫ significa
ui. Restat qđ ibi dixi aut fantasmata
sua pp̃ter qđ hic dixi. nec euanesca
m⁹ i cogitatiõib⁹ nostris. Itẽ dixi. Ea
ẽ nr̃is tẽporib⁹ christiana religio quã
cognoscere ac seq securissima ꝛ certis
sima salus ẽ. secũdũ hoc nomẽ dictũ
ẽ nõ ſm ipaꝫ rẽ cui⁹ hoc nomẽ ẽ. nam
res ipa q̃ nec christiana religio nũcu
pat᷑ erat ꝛ apđ antiquos nec ꝯfuit ab
initio generis humani quousque ipe
christ⁹ venit i carne vñ vera religio q̃
iã erat cepit appellari christiana. Cuꝫ
eni eũ p⁹ resurrectionẽ ascẽsionẽqꝫ i
celũ cepissẽt apostoli p̃dicare: ꝛ pluri
mi crederẽt primũ apud anthiochiaꝫ
sicut scriptũ ẽ appellati sunt discipuli
christiani propterea dixi: hec ẽ nostris
tẽporib⁹ christiana religio. nõ q2 prio
rib⁹ tẽporib⁹ nõ fuit: sed q2 posteriori
b⁹ hoc nomẽ cepit. Alio loco. Intẽde
igr̃ iq̃ i h̃ q̃ sequũt᷑ diligẽt᷑ ꝛ pie q̃tũ
potes. tales. n. adiuuat de⁹: qđ nõ ita
itelligẽdũ ẽ: q̃si tm̃modo tales adiu
uat cũ adiuuet ẽt ñ tales: vt sint tales
.i. vt diligent᷑ ꝛ pie q̃rãt. Tales ãt ad
iuuat vt iueniãt: Itẽqꝫ alibi. Deinde
inq̃ iã erit ꝯsequẽs: vt post mortẽ cor
poralẽ quã ꝯhem⁹ prio pccõ. tẽpore
suo atqꝫ ordine suo restituat᷑ prĩe sta
bilitati. Qđ sic accipiẽdũ ẽ q2 etiã pri
stina stabilitas corporis: quã peccãdo
amisim⁹ habebat tãtã felicitatẽ. vt in
defectũ nõ vergeret senectutis. Hu
ic g̃ p̃stine stabilitati restituet᷑ hoc cor
p⁹ i resurrectionẽ mortuoꝝ. Sꝫ habe
bit ampli⁹: vt nec alimẽtis corporali
b⁹ sustẽtet᷑. sꝫ ad sufficiẽtiã viuificetur
solo spũ. cũ resurrexerit i spm̃ viuificã
teꝫ. Qua causa etiã spirituale erit. Il
lud aũt qđ primũ fuit: q̃uis nõ mori
turũ. nisi hõ peccasset. tñ aĩale scm̃ h̃
ẽ i aĩaꝫ viuẽtẽ. Et alibi. Usq̃adeo in
q̃ pccm̃ volũtariũ malũ est. vt nullo
mõ sit peccatum. si non sit volunta
riuꝫ. Potest videri falsa hec diffinitio
sꝫ si diligent᷑ discutiat᷑. iuenie᷑ esse ve
rissima. Pccm̃ qppe illđ cogitãdũ ẽ.
qđ tm̃mõ pccm̃ est. nõ qđ est etiã pena
pcci: sicut superius ostẽdi: cũ quedaꝫ
cõmemorarẽ ex libro tertio de libero
arbitrio. Quãuis ꝛ illa: q̃ non imerito
nõ võlũtaria pccã dicũt: q2 vel a nesci
entib⁹ vel a coactis ppetrãt᷑: nõ omni
mõ possũt sine volũtate cõmitti: qm̃ ꝛ
ille q peccat ignorãs: volũtate vtique
facit: qđ cũ faciẽdũ nõ sit: putat eẽ fa
ciẽdũ. Et ille q cõcupiscẽte aduersus
spꝫ carne: ñ ea q̃ vlt fac᷑: ꝯcupiscit qdẽ
nolẽs: ꝛ i eo ñ fac᷑ qđ vlt. Sꝫ si vicit᷑: ꝯ
cupiscẽtie ꝯsẽtit volẽs: ꝛ i eo ñ fac᷑: nisi
qđ vlt liber. s. iustitie: fu⁹qꝫ pcci ꝛ illđ
qđ i paruulis dicit᷑ originale pccm̃: cũ

adbuc nõ vtat̃ arbitrio volũtatis:ñ ab
surde vocat̃ etiã volũtariũ:q2 ex p̃mi
hois mala volũtate cõtractũ.: factũ ẽ
q̃dãmodo hereditariũ. Nõ itaq3 falsũ
ẽ qđ dixi. vsq3 adeo pccm̃ volũtariu3
malũ ẽ: vt nullo mõ sit pccm̃ si ñ sit vo
lũtariũ. Jõ gr̃a đi ñ solũ reat⁹ oiu3 p̃/
teritorũ soluit̃ i oib⁹ q baptizãt̃ i xp̃o.
qđ fit spũ regeneratõis. vex̃ ẽt igrãdi
b⁹ volũtas ip̃a sanat̃: ꝛ p̃parat̃ a dnõ:
qđ fit spũ fiđi ꝛ caritatis. Alio loco in
eo qđ dixi đ dñõ iesu xp̃o. nihil egit vi
s3 oia suadẽdo ꝛ monẽdo:ñ mihi ocur
rerat: qđ vẽdẽtes ꝛ em̃tes flagellãdo
eiecit đ tẽplo. S3 qd hoc aut q̃tũ ẽ q̃
uis ꝛ đmõesnolẽtes ab hoib⁹:ñ s̃mõe
suasiõis: s3 vi potestatis eiecerit. Jtẽ
loco alio. Pri⁹ iq̃ isti seq̃ndi sũt: q vnũ
deũ sũmũ solũ v̾u3 deũ: ꝛ solũ colẽdũ
eẽ dicũt: si iapđ hos v̾itas nõ eluxerit
tũc đmũ migrãdũ ẽ: qđ ita põt videri
dictũ q̃i đ hui⁹ religiõis v̾itate dubita
ueri. Dixi ãt sic ei ꝯgruebat: ad quem
scribebã. Sic.n.dixi: Si apđ hos v̾itas
ñ eluxerit: nihil dubitãs: qđ apđ eos
elucesceret: quẽadmodu3 ait apl's. si
xp̃s ñ resurrexit: ñ vtiq3 dubitãs q̃ re
surrexerit. Jtẽ qđ dixi. Nec miracl'a
illa nr̃a tp̃a durasse p̃missa st̃: ne aia sẽ
p̃ visibilia q̃reret: ꝛ eox̃ ꝯsuetudie fri
gesceret gen⁹ hũanũ: q̃rũ nouitate fla
grauit. Uex̃ ẽ qdẽ. Nõ.n. nũc vsq3: cũ
man⁹ ipõit̃ baptizatis. sic accipiũt. s.s.
vt loquãt̃ liguis oiu3 gẽtiũ. atq3 nũc
vsq3 ad vmbrã trãseũtiũ p̃dicatox̃ xp̃i
sanãt̃ ifirmi. ꝛ si q̃ talia facta sũt q̃ po
stea cessasse mãifestũ ẽ. S3 ñ sic accipi
ẽdũ ẽ qđ dixi. vt nũc in xp̃i noie fieri
miracl'a nll'a credãt̃: nã ego ip̃e q̃n istũ
ip̃3 libx̃ scripsi ad mediolanẽsiũ cõp̃a
martyx̃. i eadẽ ciuitate cecũ illũinatũ
fuisse iã nouerã: ꝛ alia nõnulla q̃lia tã
mlt'a ẽt istis tp̃ib⁹ fiũt. vt nec oia cog̃
scer̃. nec ea q̃ cog̃scim⁹ enũerar̃ possu
m⁹. Et alio loco illud qđ dixi. Sic ait
apl's: ois ordo a đo ẽ: nõ eisdẽ v̾bis h̾
dixit q̃uis eadẽ videat̃ esse s̃nia. Ait
q̃ppe ille. Que ãt sũt a deo ordiata sũt
Et alibi. prorsus iq̃ nemo nos fallat.
Quicq̃d recte vitup̃at̃. i melioris ꝯp̃a
tiõe respuit̃. h̾ đ s̾bstãtijs atq3 natis di
ctũ ẽ. ide.n. disputabat̃. ñ đ hõis actõi
b⁹ atq3 peccatis. Jtẽq3 alibi. nec sic
iq̃ ab hoie hõ diligẽd⁹ ẽ vt diligunt̃
carnales frẽs vl' filij vl' ꝯiuges vl' q̃cũ
q3 cognati aut affines aut ciues. nã ꝛ
ista dilectio tp̃al'ẽ. ñ.n. vllas tales ne
cessitudies hẽrem⁹. q̃ nascẽdo ꝛ moriẽ
do ꝯtigũt. si nat̃a nr̃a i p̃ceptis. ꝛ imagi
ne đi manẽs i istã cõruptionẽ ñ r̃liga
ret̃. hũc sẽsũ p̾rsus iprobo. quẽ iã ꝛ su
p̃i⁹ iprobaui. i p̊ li. đ genesi ꝯ mãiche
os. Ad h̾.n. ducit vt credãt̃ illi ꝯiuges
p̃mi nõ generaturi posteros hoies ni
si peccassẽt: tñq3 necesse fuerit vt mo
rituri gignerẽt: si de cõcubitu maris
ꝛ femie gignerẽt. Nõdũ.n. viderã fi
eri potuisse vt nõ morituri đ nõ mo
rituris nascerẽt: si pccõ illo magno ñ
mutaret̃ i đterius hũana natura. Ac
p̃ hoc si i p̃ẽtib⁹ ꝛ i filiis fecũditas fe
licitasq3 mãsisset: vsq3 ad certũ scõx̃
numex̃: quẽ p̃destiauit đus nascerẽt̃
hoies: ñ p̃ẽtibus successuri morienti
bus. s3 cũ viuẽtib⁹ regnaturi. Eẽnt q̃
etiã iste cognationes ꝛ affinitates. si
nullus đliqueret. nullusq3 moreret̃.
Jtẽ alio loco. Ad vnũ đu3 tẽdẽtes in/
quã ꝛ ei vni religãtes aĩas nr̃as. vnđ
religio dicta credit̃. oi sup̃stitiõe care
am⁹. in his v̾bis rõ q̃ reddita ẽ. vnde
sit dcã religio. plus mihi placuit. Nã
ñ me fugit aliã nois hui⁹ originẽ ex/
posuisse latini sermonis auctores. q̃
inde sit appellata religio q̃ religatur.
Qđ v̾bũ cõpositũ ẽ a legẽdo. i. eligẽ
do: vt ita latinũ vidat̃ religo sic eligo
h̾ lib sic icipit. Cũ ois vite hõe ac btẽ

Incipit liber augustini de vera religione:

Cum omnis vite bone ac beate via in vera religione sit constituta: in qua vnus deus colitur: et purgatissima pietate cognoscitur: principium naturarum omnium. a quo vniuersitas omnis inclinatur et perficitur et continetur. Hic euidentius error deprehenditur eorum populorum qui multos deos colere quam vnum vel deum et dominum omnium maluerunt. quod eorum sapientes quos philosophos vocant scolas habebant dissentientes et templa communia. Non enim vel populos vel sacerdotes latebat de ipsorum deorum natura quam diuersa sentirent. cum suam quisque opinionem publice confiteri non formidat: atque omnibus si posset persuadere molliretur. Omnes tamen cum sectatoribus suis diuersa et aduersa sentientibus. ad sacra communia nullo prohibente veniebant. Nunc vero agitur quis eorum verius senserit. Sed certe illud satis qualiter mihi videtur apparet. Aliud eos in religione suscepisse cum populo. et aliud eodem ipso populo audiente defendisse priuatim. Socrates autem audacior ceteris fuisse perhibetur. Iurando per canem quemlibet et lapidem quemlibet et quicquid iuraturo esset in promptu: et quasi ad manum occurrisset. Credo intelligebat qualiacunque opera nature que administrante diuina prouidentia gignerentur. multo quam hominum et quorumlibet opificum esse meliora. et ideo diuinis honoribus digniora quam ea que in templis colebantur. Non quia vere lapis et canis essent colenda sapientibus. sed vt hoc modo intelligerent qui possent tanta superstitione demersos esse homines: vt emergentibus hic esset tam turpis demonstrandus gradus ad quem venire si puderet viderent quanto magis pudendum esset in turpiore consistere. Simul et illos qui mundum istum visibilem: summum deum opinabantur. admonebat turpitudinis sue docens esse consequens vt quilibet lapis tanquam summi dei particula iure coleretur: Quod si execrarentur mutarent sententiam et vnum deum colerent quem solum supra mentes nostras et a quo omnem animam et totum istum mundum fabricatum. Postea suauius ad legendum quam potentius ad persuadendum scripsit plato. Non enim sic isti idest socrates et plato nati erant vt populorum ipsorum opinionem ad verum cultum veri dei et simulacrorum superstitione atque ab huius mundi vanitate conuerterent. Itaque et ipse socrates cum populo simulacra venerabatur et post eius damnationem mortemque: nemo ausus est iurare per canem nec appellare quemcunque lapidem iouem: sed hoc tantummodo memorie litterisque mandare. Quod vtrum timore seueritatis an aliqua cognitione temporum fecerint iudicare non est meum. Illud tamen fidentissime dixerim pace horum omnium qui eorum libros peruicaciter diligunt: christianis temporibus: que nam religio potissimum tenenda sit: et que ad veritatem ac beatitudinem: via est. non est dubitandum. Si enim ipse plato viueret et me interrogantem non aspernaretur. vel potius si quis eius discipulus eo ipso tempore quo viuebat eum interrogaret cum sibi ab illo persuaderetur non corporeis oculis. sed pura mente veritatem videri. Cui quecunque anima inhesisset eam beatam fieri atque perfectam. Et ad quam per-

cipiēdam nihil magis īpedire q̄ vitā libidinib⁹ deditā: et falsas imagines rerū sensibiliū que nobis ab hoc sensi bili mūdo per corpus impresse varias opiniones erroresque generare. Quā obrem sanandū eē animū ad intuen/ dū icōmutabilē rerū formā et eodē modo semper se habentem atque vn/ dique sui similē pulchritudinem ne/ que distentam locis neque tempore variatā. sed vnum atque idem omni ex parte seruantē quā non crederent eē homines. cū ipsa vere sūmeque sit Cetera nasci occidere fluere. labi. et tamē īquantū sunt ab illo eterno deo per eius veritatē fabricata constare In quib⁹ anime tantum rationali et in tellectuali datum est. vt ei⁹ eternita/ tis contemplatione perfruatur atque afficiatur. orneturque ex ea: eternā que vitā possit mereri. sed dū nascē tiū atque transeūtiū rerū amore ac dolore sautiatur et dedita consuetu/ dini huius vite atque sensib⁹ corpo/ ris i qb⁹ euanescit imaginibus irridet eos qui dicūt eē aliquid qd̄ nec istis videatur oculis nec nullo fantasmate cogitetur. sed mēte sola et itelligentia cerni queat. Cū hec igi̅ a magistro p̄ suaderent̄. si ex eo quereret ille disci pulus. vtrū si quisq̄ existeret vir ma/ gnus atq̄ diuin⁹. q̄ talia populis per/ suaderet credēda saltē. si pcipere nō valerēt: Aut si qui possēt percipere n̄ prauis opinioinib⁹ multitudinis īplicā ti: vulgarib⁹ obruerent̄ erroib⁹: eum diuinis honorib⁹ dignū iudicaret. Re spōderet credo ille nō posse hoc ab ho mine fieri nisi quē forte ipa dei virtus atque sapientia ab ipa rerū natura ex cepit. nec hominū magisterio sed inti/ ma illuminatione ab incunabilis illu stratum tanta honestaret gratia: tāta firmitate roboraret: tātā denique ma iestate subueheret. vt omnia contem nendo: que praui hoīes cupiūt et oīa p̄ spiciēdo que horrescūt: et omnia faciē do que mirantur. genus humanū ad tam salubrem finē sūmo amore atq̄ auctore converteret. De honorib⁹ ve ro eius frustra se consuli cū facile pos sit existimari quanti honores debean tur sapientie dei. qua gestāte et guber nāte illum: pro vera salute generis hu mani: magnum aliquid propriū et qd̄ supra homines esset meret̄. Que si fa cta sūt: si litteris munimētisq̄ celebrā tur. si ab vna regione terrarū: i qua so la vnus celebratur deus. et vbi talem nasci oportebat per totū orbem terra rū missi electi viri: virtutib⁹ atq̄ sermo nib⁹ diuini amoris icendia concitarēt si confirmata saluberrima disciplina illumiatas terras posteris reliquerūt et ne de p̄teritis loquar que licet cui/ q̄ non credere: si hodie per gētes po pulosq̄ predicat̄. In pricipio erat ver/ bū. et verbū erat apud deū et de⁹ erat verbū: hoc erat in principio apud deū omnia per ipsū facta sūt. et sine ipso fa ctū est nihil. si ad hoc percipiendū dili gendū perfruendū vt anima sanare/ tur. et tante luci hauriende mentis aci es conualescat. dicitur auaris. Nolite vobis thesauros condere i terra: vbi/ tinea et erugo exterminat et vbi fures effodiūt et furant̄. sed thesaurizate vo bis thesauros i celo vbi neque rubigo exterminat neque fures effodiūt ne/ que furant̄: vbi est eni thesaur⁹ tu⁹ ibi est et cor tuū. Dicit̄ luxuriosis. q̄ semi/ nāt i carne de carne metēt corruptio/ nes. Qui semināt i spiritu metēt vitā de spiritu eternā. Dicit̄ superbis: q̄ se exaltat humiliabit̄ et qui se humiliat exaltabit̄. Dicit̄ iracūdis: accepisti ala

paꝫ:para alteraꝫ maxillã.Dicit̃ discoꝛ
diosis.diligite inimicos vestros:Dicit̃
superstitiosis:regnũ dei ĩtra vos est.
Dicitur curiosis.nolite querere que vi
dentur.sed que non videntur.que enĩ
videntur temporalia sunt.que auteꝫ
non videntur eterna sunt. Postre/
mo dicitur omnibus. Nolite dilige
re mundum neque ea que in mundo
sũt.quia omne qđ in mũdo est concu
piscẽtia carnis ẽ ⁊ concupiscentia ocu
loꝛum ⁊ ambitio seculi.si hec iam per
totum oꝛbem in populis legũtur ⁊ cũ
veneratione libentissime audiuntur:
si post tantum sangnineꝫ:tãtos ignes
tot cruces martyrũ.fertiliꝰ ⁊ vberiꝰ vſ
qꝫ ad barbaras natiões ecclesie pulu
larũt si tot iuuenũ ⁊ ꝟginũ milia ꝯtinẽ
tiũ nuptias:casteque viuentium iam
nemo miratur.qđ cũ fecisset plato vſ
queadeo peruersam temporum suo/
rum timuit opinionem:vt perhibeat
sacrificasse nature.naturam execratꝰ
⁊ vt tanꝙ̃ peccatum illud aboleretur
si hec sic accipiũtur.vt quomodo an/
te ea contra talia disputare:sic nunc
ꝗ̃ disputare mõstruosũ sit:sꝫ tali polli/
citationi atq̃ spõsiõi per omẽs terra/
rũ partes quas homines ĩcolũt sacra
christiana tradũt̃.si hec quotidie legũ
tur ĩ ecclesijs:a sacerdotibꝰ exponũt̃:
si tũdũt pectoꝛa q conãt̃ hec ĩplere:si
tam ĩnumerabiles aggrediũtur hanc
viã:vt desertis diuitijs ⁊ honoꝛibꝰ hu
ius mũdi ex omni genere hominũ deo
sũmo totã vitã dicare volẽtiũ deserte
quõdã ĩsule ac mltaꝝ ĩraꝝ solitudo ꝯ/
pleat̃.si deniq̃ ꝑ vrbes atꝫ oppida ca
stella vicos:⁊ agros:etiã in villas que
qꝫ priuatas in tantũ aperte suadetur
⁊ appetitur a terrenis auersio:⁊ ĩ vnũ
deum verumque cõuersio:vt quoti/
die per vniuersum oꝛbem humanum

genus vna pene voce respondeat sur/
sũ coꝛ se habere ad dominũ.quid ad
huc oscitamus crapulaꝫ extraneam
⁊ in moꝛtuis pecudibus diuina eloqa
perscrutamur:Si quando auteꝫ ad
disputationẽ venit̃:platonico nomĩe
oꝛa crepantia:ꝙ̃ pectus non deo ple
nuꝫ magis habere gestimus. Qui er
go sensibilem istum mundum contẽ/
nere ⁊ animaꝫ virtute purgandaꝫ sũ
mo deo subijcere atqꝫ subiugare va
num aut malũ putant:alia ratione re
fellẽdi sũt:si tamen cũ his dignum est
disputare.Qui autem bonum ⁊ appe
tendum fatentur:cognoscant deum
⁊ credant deo.per quem populis iam
omnibus hec credẽda persuasa sũt.ꝙ
vtique ab ipsis fieret si tamẽ valerẽt:
aut si nõ fieret crimẽ ĩuidẽtie intrare
nõ possẽt.Ergo cedãt ei a quo factuꝫ
est.nec curiositate aut inani iactantia
impediantur:quo minus cognoscant
quid intersit inter paucoꝛum tumi/
das coniecturas:⁊ manifestam salu/
tem:coꝛreptionemque populoꝛum.il
li enim si reminiscerentur quoꝛum isti
nominibus gloꝛiantur:⁊ inuenirent
refertas ecclesias:templaque deser/
ta:⁊ a cupiditate bonoꝛum tempoꝛa/
lium:ad spem vite eterne:⁊ bona spi
ritualia ⁊ intelligibilia vocari:⁊ curre
re humanum genꝰ.dicerent foꝛtasse
si tales essent quales fuisse memoꝛan
tur.hec sunt ꝙ̃ nos ꝑ suadere populis
nõ ausi sumꝰ:⁊ coꝝ potiꝰ consuetudi/
ni cessimꝰ ꝙ̃ illos in nostraꝫ fidem vo
luntatemq̃ traduximꝰ.Itaq̃ si hanc
vitam illi viri nobiscũ rursũ agere po
tuissent.viderẽt pꝛofecto cuiꝰ aucto/
ritate faciliꝰ cõsuleretur hominibꝰ:⁊
paucis mutatis verbis atq̃ sentẽtijs:
christiani fierẽt:sicut pleriq̃ recentiũ
nostroꝛũq̃ tempoꝝ platonici fecerũt

aut si hoc nō faterent̄: nec̄ facerēt: in superbia ꝛ inuidia remanētes: nescio vtruȝ possent ad ea ipsa que appetenda ꝛ desiderāda esse dixerant cū istis sordib⁹ viscoq̄ȝ reuolare. Nam tertio vicio curiositatis ī percūctandis demonib⁹: quo isti maxime: cum quibus nūc agit̄ pagani a christiana salute reuocātur: qđ min⁹ puerile est. Nescio vtrū tales illi ꝑpedirētur viri. Sed hēat quoq̄ modo se philosophoꝝ iactātia. illud cui vis ītelligere facile ē: religionē non ab eis eē querendam. qui eadem sacramēta suscipiebant cū populis ꝛ de suorū deorum natura ac sūmo bono: diuersa cōtrariasque sentētias ī scolis suis eadē teste multitudīe personabāt. Que si hoc vnū tantū viciū christiana disciplina sanatū viderem⁹ inefabili laude: predicādā eē: neminē negare oporteret. Hereses nāq̄ tam inumerabiles a regula christianitatis auerse: testes sūt nō ad mittēdi ad cōmunicāda sacramēta eos qui đ patre deo: ꝛ sapiētia ei⁹: ꝛ spiritu sācto: munere diuino: aliter sētiūt ꝛ hoīb⁹ ꝑsuadere conātur. quā veritas postulat. sicut eni credit̄ ꝛ docet̄: q̄ ē humane salutis caput: nō aliā eē prophetiaȝ. i. sapientie studiū: ꝛ aliā religioneȝ. cū hiquoꝝ doctrinaȝ non approbam⁹: nec sacramenta nobiscū cōmunicant: qđ ī illis min⁹ mirandū est: qui eoruȝ quoque sacramentorum ritu dispars esse voluerūt. sicut nescio qui serpentini appellant̄: sicut manichei: sicut alii nō nulli. sed ī illa magis animaduertendum hoc magisque predicandum: qui paria sacramenta celebrantes tamen quia sententia dispares sunt ꝛ q̄ errores suos animosius defendere q̄ȝ cautius corrigere maluerunt: exclusi a catholica communione ꝛ participatione parium sacramentoruȝ propria vocabula. propriosque conuentus non ī sermone tantum: sed etiam in superstitione meruerunt vt photiniani Arriani: multique preterea. Nam de his qui scismata fecerūt: alia q̄stio est. posset eniȝ eos area dominica vsque ad temp⁹ vltime ventilationis vt paleas sustinere. nisi superbie nimia leuitate cessissent ꝛ sese a nobis vltro separassent. Judei vero. q. omnipotenti deo supplicent sola tamē temporalia ꝛ inuisibilia bona de illo expectantes rudimenta noui populi ab humilitate surgentia ī ipsis suis scripturis nímia securitate voluerunt auertere: atque ita in ueteri homine remāserūt. Que cum ita sint neque in confusione paganorum: neque in langore scismaticorum. neque in cecitate iudeorū querenda est religio. sed apud eos solos qui christiani sunt catholici: vel ortodoxi nominantur: idest integritatis custodes: ꝛ recta sectantes. Hoc enim ecclesia catholica per totum orbem valde lateque diffusa omnibus errantibus vtitur ad ꝓfect⁹ suos ꝛ ad eorum correctionem cum vigilare voluerint. Utitur enim gentibus ad numerum operationis sue. hereticis ad probationeȝ doctrine sue: scismaticis a documētis stabilitatis sue. Judeis ad operatiōeȝ pulchritudinis sue. Alios ergo iuitat alios excludit. alios relinquit: alios antecedit. omnibus autem gratie dei participande dat potestatem. siue illi sint formandi adhuc siue reformandi: siue recolligēdi: siue admittendi. Carnales autem suos. i. viuentes aut sentientes carnaliter tanq̄ȝ paleas tollerat. quibus in arca frumenta tutiora sunt donec talibus tegminibus exuantur. sed quia ī hac

area pro volūtate quilibet vel palea. vel frumentū est: tam diu sustinetur pecū; aut error cuiuslibet: donec aut accusatorez īueniat: aut prauā opinionez pertinaci animositate defendat. Exclusi autem aut penitendo redeunt. aut nequicie male liberi defluūt ad admonitionem nostre diligentie: aut scisma faciūt ad exercitationem nostre patientie: aut heresim aliq̄ gignunt ad examen siue occupationez nostre itelligētie. hi sunt exitus christianorum carnaliū qui non poterunt corrigi aut sustineri. Sepe etiā sinit diuina prouidētia: per nōnullas nimiū turbulētas carnaliū hominum seditiones: expelli de congregatione christiana: etiā bonos viros qui contumeliā vel iniuriam suaz patientissime pro ecclesie pace tulerūt. neque vllas nouitates vel scismatis vel heresis molliti fuerunt docebūt homines q̄to affectu ꝛ q̄ta sinceritate caritatis deo seruiēduz sit. Talium ergo virorum propositū est aut sedatis remeare turbinibus: aut si id non sinātur vel eadez tempestate perseuerante. vel ne suo reditu talis: aut senior oriatur. tenent voluntatem consulendi etiam eis ipsis quorum motibus perturbationibusque cesserunt: sine vlla conuenticulorum segregatione vsque ad mortem defendentes: ꝛ testimonio adiuuantes eam fidem: quā in ecclesia catholici p̄dicare sciūt hos coronat ī occulto pr: ī occulto videns. Rarū hoc videt̄ genus sed tamen exēpla nō desunt: imo plura sunt q̄ credi potest. Ita omnib⁹ generibus hominum ꝛ exemplorum ad animarum curationem ꝛ ad institutiones spiritualis populi vtitur diuina prouidentia. Quaobrez cum ante paucos annos promisim tibi scribere charissime mihi Romaniane: quid de vera religiōe sentirez: tempus nūc esse arbitrat⁹ sum. Postq̄ tuas acerrimas iterrogationes sine vllo certo fine fluctuare: ea caritate qua tibi obstrictus sum: diuti⁹ sustinere nō possū. Repudiatis igit̄ omnib⁹ q neque in sacris philosophantur nec ī philosophia cōsecrātur: ꝛ his qui vel praua opinione: vel aliqua simulatione superbientes: a regula ꝛ cōmunione ecclesie catholice declinarūt: ꝛ his qui sāctarū scripturarum lumē ꝛ spiritualis populi gratiā: q̄ nouū testamentū vocatur habere noluerūt quos quanta vt potui breuitate perstrinxi tenēda ē nobis christiana religio: ꝛ ei⁹ ecclesie cōmunicatio. q̄ catholica est ꝛ catholica nominat̄: non solū a suis. verū etiam ab hominibus inimicis. Velint enim nolintue ipī quoq; ꝛ heretici ꝛ scismatici quādo non cum suis sed cum extraneis loquuntur: catholicam nihil aliud q̄ catholicam vocant. non eniz possunt itelligi nisi hoc eam nomine discernant: quo ab vniuerso orbe nuncupatur. huius religionis sectāde caput est historia ꝛ prophetia: dispensationis temporalis diuine prouidentie pro salute generis hūani ī eternaz vitā reformādi atq; reparādi. Que cuz credita fuerit mētem purgabit vite mod⁹: de diuinis preceptis cōsiliat⁹ ꝛ idoneā faciet spiritualib⁹ p̄cipiēdis: q̄ nec preterita sūt nec futura. s; eodez mō sēper manētia nulli mutabilitati obnoxia. i. vni ipī deo pr̄i ꝛ filio ꝛ spiritui scō. Qua trinitate: quātū in hac vita datum ē cognita: ois itellectualis ꝛ aialis ꝛ corporalis creatura: ab eadē trinitate creatrice: eē īq̄tū ē ꝛ speciē suā habere ꝛ ordinatissime administrari: sine vlla dubitatiōe p̄spici

tur: nō vt aliā partē toti⁹ creature fe
cisse intelligatur pater ⁊ aliam fili⁹:
⁊ aliam spiritus sanctus: sed ⁊ simul
oīa ⁊ vnāquāque naturā patrem fecisse
per filiū: i dono spirit⁹ sancti. Omnis
.n. res vel substātia vl' essētia vel natu
ra: vel si quo alio verbo meli⁹ enūciatˀ
simul hec tria habet. vt ⁊ vnū aliquid
sit ⁊ specie: proprie discernatur a cete
ris. ⁊ rerum ordinē nō excedat. Quo
cognito satis apparebit: quātū homo
assequi potest: q̄ necessarijs: ⁊ iuictis
⁊ iustis legib⁹ deo ⁊ domino suo cun/
cta subiecta sint: ex quo illa omnia que
primo credim⁹ nihil nisi auctoritatē
secuti: partim sic intelligunt: vt videa/
m⁹ eē certissima: parti sic vt videamus
fieri posse: atq̄ ita fieri oportuisse. De
leamusq̄ illos non credētes hec: qui
nos ante credētes irridere: q̄ nobiscū
credere maluerūt. Nō enim iam illa
hominis sacrosancta susceptio: ⁊ virgi
nis part⁹: ⁊ mors filii dei pro nobis: ⁊
resurrectio a mortuis: ⁊ i celū ascēsio: ⁊
cōsessus ad dexteram patris ⁊ pecca
toruꝫ abolitio: ⁊ iudicij dies: ⁊ corpo/
ruꝫ resuscitatio: cognita eternitate tri
nitatis: ⁊ mutabilitate creature cre/
dūtˀ tātū: ⁊ ñ etiā iudicātˀ ad sūmi dī mi
sicordiā quā generi humāo exhibet p
tinere. Sed quoniam verissime dictū
est: oportet multas hereses eē. vt pro
bati manifesti fiāt inter vos. Utamur
etiam isto diuine prouidētie benefi/
cio. Ex his enim hominib⁹ heretici fi
unt: qui etiam si essent i ecclesia: nihi/
lominus errarēt. cū aūt foris sūt pluri
mum prosūt: nō verū docēdo q̄ nesci
unt: sed ad verū querēdū carnales: ⁊
ad verū aperiēdū spūales catholicos
excitādo: Sūt. n. i ecclesia sācta deo p
bati viri. sed manifesti viri nō sūt iter
nos: q̄ diu iperitie nostre tenebris de

lectati dormire maluim⁹: q̄ lucem ve
ritatis ītueri. Quapropter multi vt
diem dei videant ⁊ gaudeāt per here/
ticos de somno excitantur: Utamur
igitur etiā hereticis: nō vt eorū appro
bem⁹ errores: sed vt catholicam disci
plinaꝫ aduersus eorꝫ isidias asserētes
vigilātiores ⁊ cautiores sim⁹ etiaꝫ si
eos ad salutem reuocare nō possum⁹
Credo autēꝫ affuturū deū: vt ipa scri
ptura precedēte pietate legētib⁹ bo/
nis: ñ aduersus vnā aliquā. sed aduer
sus omnes prauas ⁊ falsas opiniones
possit valere. Cōtra eos tamē potissi/
muꝫ est istituta: qui duas naturas: vel
substātias singulis pricipijs aduersus
iuicem rebelles eē arbitrātur. Offen
si enim quibusdam rebus: ⁊ rursus q
busdam delectati non earum quibus
offendūtur. sed earum quib⁹ delectā
tur: volūt esse auctorem deum. Et cū
cōsuetudinem suam vincere nequeāt
iam carnalibus laqueis irretiti: duas
animas eē i vno corpore est existimāt
Unaꝫ de deo que naturaliter hoc sit
qđ ipse alteram de gēte tenebrarum
quā de⁹ nec genuerit nec fecerit nec
protulerit nec abiecerit sed que suaꝫ
vitam: suaꝫ terraꝫ suos fetus ⁊ anima
lia. suū postremo habuerit regnū igeni
tumque principiū. sed quodaꝫ tēpore
aduersus deuꝫ rebellasse. Deum autē
qui aliud quod faceret non haberet ⁊
quomodo aliter posset hosti resistere
nō iueniret: necessitate oppressuꝫ mi/
sisse huc animaꝫ bonaꝫ. ⁊ quādaꝫ par
ticulaꝫ sue substātie: cui⁹ cōmixtione
atque miseria: hostem temperatuꝫ eē
somniāt ⁊ mūdum fabricatum. Neq̄
nūc opiniōes eorꝫ refellim⁹: qđ parti
iā fecim⁹: parti quātū de⁹ siuerit facie
mus. sed i hoc opere quomodo aduer
sus eos fides catholica tuta sit: ⁊ quo

modo nō perturbēt animū ea qb⁹ cō
moti homines i eoꝝ cedūt sētētiam:
rationib⁹ quas domin⁹ donare digna
tur quātū possum⁹ demōstram⁹. Illis
sane i pmis tenere te volo: q bene no/
sti animuz meū: nō hec fugiēde arro/
gātie grā: quasi solēniter dicere qcqd
i his litteris erroris inueniri poterit hō
solum mihi eē tribuēdū. Quicqd aūt
veꝝ ꝛ congruenter expositum: vni oī
uz bonorum muneruz largitori deo.
Quāobrez sit tibi manifestū atqꝫ per
ceptū nullum errorē i religiōe eē po/
tuisse: si aīa pro deo suo non coleret
animaz: aut corp⁹ aut fantasmata sua
aut hoꝝ aliqua duo cōiūcta. aut certe
simul omnia. sed in hac vita societati
generis humani: sine dolo tēporaliter
cōgruēs: eterna meditaretur: vnū de
um colēs: q nisi permaneret icōmuta
bilis: nulla mutabilis natura remane
ret. Mutare aūt animam posse nō q/
dez localiter: sed tamē tēporaliter su
is affectiōib⁹ qsque cognoscit. Corp⁹
aūt ꝛ tēporib⁹ ꝛ locis eē mutabile cer
nis aduertere facile est. fantasmata
porro nihil sūt aliud qꝫ ō specie corpo
ris corporeo sensu attracta figmēta:
que memorie mādare vt accepta sūt
vel partiri vel multiplicare vel cōtra
here vel distēdere: vel ordinare vel p
turbare: vel quolibet modo figurare
cogitādo facillimuz est: Sed cuz verū
queritur cauere ꝛ vitare difficile. Nō
ergo creature poti⁹ qꝫ creatori serui
amus: nec euanescam⁹ i cogitatiōib⁹
nostris ꝛ hec perfecta religio est. Eter
no eni creatori adherētes: ꝛ nos eter/
nitate afficiamur necesse est: Sed qꝛ
hoc anima peccatis suis obruta ꝛ ipli
cata per seipaz videre ac tenere non
posset: nullo i reb⁹ humanis ad diuina
capessēda iterposito gradu: per quez
ad dei similitudinez a terrena vita ho
mo mitteret: ieffabili mīsicordia dei
ꝛ tēporali dispēsatione: per creaturaz
mutabilē: sed tñ eternis legib⁹ seruiē
tē: ad cōmemorationē prime sue per/
fecteqꝫ nature parti singulis homini/
b⁹. parti vero ipsi hominū generi sub
uenitur. Ea est nostris tēporib⁹ chri/
stiana religio: quā cognoscere aut seq
securissima ꝛ certissima salus est. De/
fendi autē aduersus loquaces: ꝛ ape/
riri querētib⁹: multis modis potest oī
potente deo ipo: per seipsū demōstrā
te: que vera sūt: ꝛ ad hec ituēda ꝛ per
cipiēda: ꝛ bonas voluntates ꝛ bonos
angelos: ꝛ quoslibet homines adiuuā
te. Eo modo autē quisque vtitur quē
videt cōgruere his: cū qb⁹ agit: Ego
itaque diu multūque cōsiderās: qua/
les oblatrātes. ꝛ quales querētes ex
pert⁹ sū vel q̄lis ipe cū latrarē siue cū
q̄rerē fueri. Hoc mō mihi vtēdū puta
ui. Que vā eē pspexeris tene: ꝛ eccle
sie catholice tribue: Que falsa rīpue:
ꝛ mihi q hō sū ignosce: Que dubia cre
de: donec aut respuēda eē. aut vā eē:
aut sēper credēda eē vl' ratio doceat:
vel precipiat auctoritas. Intēde igi/
tur i hec que sequuntur diligenter ꝛ
pie quantum potes. Tales enim ad
iuuat deus. Nulla vita est: que nō sit
ex dō. qꝛ de⁹ vtiqꝫ sūma vita est ꝛ ipe
fōs vite: nec aliq vita iquātū vita est:
malū ē. sed iquantū vergit ad mortē:
Mors āt vite: nī ē nisi negcia: q̄ ab eo
qꝫ nec qsqꝫ sit dicta est. Et iō negssimi
hoīes: nihil hoīes appellāt. Uita ḡ vo
lūtario ōfectu ōficiēs: ꝛ ab eo q eā fe
cit: ꝛ cui⁹ eēntia fruebat: ꝛ volēs ō dei
legez: frui corporib⁹ qb⁹ eā de⁹ pfecit:
vergit ad nihilū. ꝛ hec ē negcia. Nō
qꝛ corp⁹ iaz nihil est. nā ꝛ ipz habet ali
quā cōcordiā ptiū suaꝝ: sine q̄ oīo eē

nō posset: Ergo ab eo factū est ꝛ cor-
pus: qui oīs cōcordie caput est. habet
corp⁹ quādam pacem sue forme: sine
qua prorsus nihil esset. ergo ille est et
corporis conditor: a quo pax omnis
est: ꝛ qui forma est infabricata: atqꝫ
omniū formosissima. habet aliquam
speciē sine qua corpus nō est corpus
Si ergo queritꝰ qs instituerit corpus:
ille queratur: qui est oīuz speciosissi-
mus. Omnis eniz species ab illo est.
Quis est aūt hic nisi deus vnus vna
veritas: vna salus oīuz: ꝛ prima atqꝫ
summa essentia: ex qua est omne qđ
quid ē īquātū est: quicquid est inqꝫtū
est bonum est. Et ideo ex deo nō est
mors. nō enim deus mortē fecit. nec
letatur i perditionē viuoꝝ. quoniam
summa essentia fecit esse omne qđ est
vnde ꝛ essentia dicitur. Mors autē
nō esse cogit quicquid moritur: iquā-
tū moritur. Nam si ea que moriūtur
penitus morerētur: ad nihilū sine du-
bio peruenirēt. Sed tātū moriuntur
quātū minus esse participāt. Quod
breuius ita dici potest. tanto magis
moriunt̄. quāto minus sunt. Corpus
aūt minus est: qꝫ vita quelibet: qm̄
qꝫtulūcūqꝫ manet i specie: per vitam
manet: sine qua vnuz quoqꝫ aial: sine
q̄ vniuersa mūdi natura administra-
tur. Corp⁹ ergo magis subiacet mor-
ti: ꝛ ideo vicinius est nihilo. Quapro-
pter vita que fructu corporis delecta-
ta negligit deū: iclinatur ad nihilū: ꝛ
ista est nequitia. hoc autem facto vi-
ta carnalis ꝛ terrena efficit̄: ꝛ ob hoc
etiā caro ꝛ terra nominatur: ꝛ qꝫ diu
ita est: regnū dei nō possidebit ꝛ eri-
pietur ei qđ amat. Id enim amat qđ
ꝛ minus est qꝫ vita quia corpus est: ꝛ
propter ipsum peccatū qđ amatur fit
corruptibile: vt fluēdo deserat ama-
torē suū. quia: ꝛ ille hoc amādo dese-
ruerit deū. Precepta. eniz ei⁹ negle-
xit dicētis. hoc manduca. ꝛ hoc noli.
Trahitur ergo ad penas quia iferio-
ra diligendo i egestate voluptatum
suaꝝ ꝛ in doloribus apud iferos ordi-
natur. Quid est enim dolor: qui dicit̄
corporis: nisi corruptio repētina salu-
tis eius rei: quā male vtēdo animalia
corruptionibus obnoxiauit. Quid
est aūt dolor qui dicitur animi: nisi ca-
rere mutabilibus rebus. quibus fru-
ebatur aut frui se posse sperabat. Ex
hoc est totū qđ dicitur malū idest pec-
catū ꝛ pena peccati. Si aūt dū i hoc
stadio vite humane anima degit: vi-
cat eas quas aduersum se nutriuit cu-
piditates: fruēdo mortalib⁹. ꝛ ad eas
vincēdas gratia dei se adiuuari cre-
dat: mēte illi seruiens: ꝛ bona volun-
tate sine vlla dubitatione reparabi-
tur ꝛ a multis mutabilibus ad vnuz
commutabile reuertetur: reformata
per sapientiam non formatā. sed per
quam formantur uniuersa: fruetur
qꝫ deo per spiritum sāctū: qui ē donū
dei. Ita fit homo spiritualis oīa iudi-
cans: vt ipse a nemine iudicetur: dili-
gēs dominum deum suuz i toto cor-
de suo ꝛ i tota aīa sua i tota mēte sua
ꝛ diligens proximū suū non carnali-
ter: sed tanqꝫ seipsū: se autem spiritua-
liter diligit. qui ex toto quod i eo vi-
uit: deū diligit. In his enim duobus
preceptis, tota lex pendet ꝛ prophete
inde iam erit consequēs vt post mor-
tem temporalem quā debemus pri-
mo peccato tempore suo: atqꝫ ordine
suo hoc corpus restituat̄ pristine sta-
bilitati quā non per se habebit: sed p
animā stabilitā in deo que rursus nō
per se stabilitur: sed per deū quo frui-
tur. Ideoqꝫ amplius qꝫ corpus uige-

bit.corpus eniz p ip̄az uigebit.ꝛ ip̄a p
icōmutabilē veritatē q fili⁹ dei vni/
cus est:atq̄ ita ꝛ corp⁹ p ip̄z filiū dei
vigebat:qꝛ oia p ip̄z.Dono etiā eius
q̄ aie dat̄ idest scō spūi:nō solum aia
cui dat̄ vt salua:ꝛ pacata.ꝛ scā sit:sed
ip̄m etiā corp⁹ viuificabit̄.eritq̄ i na/
tura sua mūdissimum.Ipe eniz dixit
mūdate que itus sunt:ꝛ ea que foris
sunt mūda erūt.Dicit ꝛ apostolus.vi
uificabit ꝛ mortalia corpora vestra p
spiritū manētez i vobis.Ablato ergo
peccato auferet̄ ꝛ pena peccati:ꝛ vbi
est malū:˝vbi est mors cōtentio tua:˝
vbi est mors acculeus tuus:˝ Uincit
enim essentia nihilū:ꝛ sic absorbetur
mors in victoria.nec aliqd scificatis
malus angelus oberit:q diabolus di
cit̄.quia ꝛ ip̄e iquātū angelus est:non
est malus.sed iquātū peruersus pro/
pria volūtate.Fatēdū est eniz ꝛ an/
gelos natura esse mutabiles.si solus
deus est icōmutabilis.sed ea volū/
tate qua magis deū q̄ se diligūt.fir
mi ꝛ stabiles manēt in eo ꝛ fruuntur
maiestate illi⁹:ei vni libētissime sub/
diti.Ille aūt angelus magis seip̄z q̄
deū diligēdo:subdit⁹ ei esse noluit ꝛ
itumuit p supbiaz:ꝛ a sūma essentia
defecit ꝛ lapsus est.Et ob hoc minus
est q̄ fuit qꝛ eo quo minus erat frui
noluit.cū magis voluit sua potentia
frui q̄ dei.Quāq̄ enim nō sūme ta/
mē amplius erat:quādo eo qō sūme
est fruebat̄ quoniā de⁹ solus summe
est.Quicqd aūt minus est q̄ erat:nō
iquātū est:sed iquātū min⁹ est:malū
est.Eo enim q̄ minus est q̄ erat:tē/
dit ad mortē.Quid aūt mirū si ex de
fectu iopia:ꝛ ex iopia iuidentia:qua
diabolus:vtiq̄ diabolus est.Defe/
ctus aūt iste q peccatū vocat̄:si tanq̄
febris iuituz occuparet:recte iniusta

pena videret̄:que peccātē cōsequit̄:
ꝛ que dānatio nūcupat̄.Nunc vero
vsq̄ adeo ita peccatū volūtariū est
malū:vt nullo modo sit peccatū si nō
sit volūtariū.Et hoc qdē ita manife/
stū est:vt nulla hic doctoꝝ paucitas:
nulla illinc i doctoꝝ turba dissentiat
Quare aut negādū est peccatū cō/
mitti.aut fatendum est voluntate cō
mitti.Non aūt recte negat peccasse
aiaz:q ꝛ penitēdo eā corrigi fatet̄:ꝛ ve
niā penitēti dari ꝛ pseuerātē i pecca/
tis:iusta lege dei dānari.Postremo
si nō volūtate male facim⁹:nemo ob
iurgādus est omnino:aut monēdus.
Quib⁹ sublatis xp̄iana lex ꝛ discipli/
na ois religionis auferat̄ necesse est
Uolūtate ergo peccat̄.ꝛ quoniā pec/
cari nō dubiū est.nec hoc qdē dubitā
dū video:habere aias liberꝝ volūta
tis arbitriū.Tales eniz seruos suos
meliores esse de⁹ iudicauit:si ei serui
rent liberaliter.Qō nullo modo fi/
eri posset:si nō volūtate.sed necessita
te seruirēt.liberaliter igit̄ deo ange/
li seruiūt:nec hoc deo:sed ipsis pdest
Deus enim bono alterius nō indiget
qa a seip̄o est:q̄ aūt ab ipso genitum
est idipsuz est.qꝛ nō est factū sed geni
tū.Illa vero que facta sunt:eius bo/
no idigent:summo scilicet bono idest
summa essentia.Minus aūt sunt q̄
erāt:cū p anime peccatum minus ad
illū mouētur.nec tamē penitus sepa/
rātur.nā omnino nulla essent:qō aūt
affectibus contingit anime hoc locis
corpori.Nā illa mouetur voluntate:
corpus aūt spacio.Qō autez homini
a peruerso angelo persuasum dicitur
ꝛ ad hoc vtiq̄ volūtate ꝯsensit.Nā
si necessitate id fecisset nullo peccati
crimine teneret̄.Qꝛ vero corp⁹ hois
cū ante pctm̄ factū esset:i suo genere

optimū. post pctm̄ factū ē ībecillosū:
⁊ morti destinatū: ꝙꝙ iusta vīdicta
peccati sit: plus tamē clemētie dei ꝙ
seueritatis ostendit. Ita enim nobis
suadet a corporis voluptatibus ad
eternā essentiā veritatis amorē no/
strū oportere ɔuerti. Et ē iusticie pul
chritudo cū benignitatis gratia con/
cordās: vt quoniā boꝝ īferioꝝ dul
cedine decepti sumus: amaritudine
penaꝝ erudiamur. Nā ita etiā nostra
supplicia diuina ꝓuidētia moderata
sunt. vt ⁊ in hoc corpore corruptibili
ad iustitiā tendere liceret: ⁊ deposita
omni superbia: vni deo vero collum
subdere: nihil de seipo fidere: illi vni
se regēdū tuēdūqꝫ cōmittere. Ita ipo
duce homo bone volūtatis molesti/
as huius vite ī vsuz fortitudinis ver/
tit. In copia vero voluptatū prospe/
risqꝫ successibus: tēporaliū tēperan/
tiā suā probat ⁊ roborat: acuit ī tem/
ptationibus prudentiā. vt nō solū in
eas nō īducatur. sed fiat etiā vigilan/
tior ⁊ ī amorē veritatis: que sola non
fallit ardētior. Sed cū omnibus mo/
dis medeatur animis deus: ꝑ tēporum
opportunitatibus que mira sapiētia
eius ordinātur. De qbus autez nō est
tractādum: aut īter pios perfectosqꝫ
tractādū est: nullo modo beneficen/
tius cōsuluit generi humano ꝙ cum
ipa sapiētia dei idest vnicus filius cō
substātialis prī: ⁊ coetern⁹ totū hoīez
suscipere dignatus est. ⁊ verbū caro
factū est. ⁊ habitauit ī nobis. Ita eni
demōstrauit carnalibus: ⁊ nō valēti
bus ītueri mente veritatē: corporeis/
qꝫ sensibus deditis: ꝙ excelsum locū
īter creaturas habebat humana natu
ra: ꝙ nō solū visibiliter. nā id poterat
⁊ ī aliquo ethereo corpore ad nostroꝝ
aspectuū tolerātiā tēperato: sed ho/
minibus ī vero hoīe apparuit. Ipsa
eniz natura suscipiēda erat: que libe
randa. Et ne quis forte sexus a suo
creatore se cōtēptū putaret virū su/
scepit natū ex femina. Nihil egit vi:
sed omnia suadēdo ⁊ monēdo. Vete
ri quippe seruitute trāsacta: tēpus li/
bertatis illuxerat: ⁊ opportune iam
homini suadebatur: atqꝫ salubriter ꝙ
libero creatus esset arbitrio: miracu
lis cōciliauit fidem deo: qui ī eo erat
passione hoīs quē gerebat. Itaqꝫ lo/
quēs ad turbas vt deus: nūciatā sibi
matrem negauit: ⁊ tamē ī euāgeliuz
loquitur. Puer parētibus subditus
erat: Doctrina eniz deus apparebat:
etatibus homo. Idē aquā ī vinū cō/
uersurus vt de⁹ dicit: Recede a me
mulier iquit: quid mihi ⁊ tibi est: nō/
dū venit hora mea: Cū autē venisset
hora: qua vt homo moreretur: de cru/
ce cognitā matrē cōmēdauit discipu
lo quē pre ceteris diligebat. satellites
voluptatū diuitias: perniciose popu/
li appetebāt. pauper esse voluit. hono
ribus ⁊ īperiis īhiabāt. rex fieri volu/
it. Carnales suos filios magnū bonū
putabāt: tale ɔiugiū prolēqꝫ ɔtēpsit:
contumelias superbissime horrebāt:
omne genus ɔtumeliaꝝ sustinuit. In
iurias ītolerabiles esse arbitrantur.
Que maior iniuria est ꝙ iustū īnocē/
tē dānari: Dolores corporis execra/
bātur: flagellatus atqꝫ cruciatus est.
Mori metuebāt, morte mactatus est
Ignominiosissimū mortis gen⁹ cru/
cē putabāt. crucifix⁹ est. Omnia qꝫ ha/
bere cupiētes: nō recte viuebamus:
carēdo vilia fecit. Omniaqꝫ vitare
cupiētes: a studio deuiabam⁹ verita
tatis: perpetiēdo deiecit. Non enim
vllū pctm̄ ɔmitti potest nisi dū appe
titur ea que ille ɔtēpsit: aut fugiūtur

que ille sustinuit. Tota itaq; vita ei⁹ i terris per hominē quē suscipere di/ gnatus est disciplina nobis mo⁊ fuit. Resurrectio ei⁹ vero a mortuis: ni/ hil hoīs perire nature. cum oīa salua sint deo: satis idicauit: vt queadmo/ dū cūcta seruiāt suo creatori siue ad vidictā peccato⁊ siue ad hominis li/ berationē: q̄q; facile corpus anime seruiat cū ipse subiicitur deo. Qui/ bus perfectis: nō solū nulla substātia malū est: q̄ fieri nūq̄ potest: sed etiā nullo malo afficitur. Quod fieri per peccatum ⁊ vidictam potuit. Et hec est disciplina naturalis xp̄ianis: mi/ nus itelligētibus: plena fide digna. itelligētibus aūt oīuz erro⁊e purga/ ta. Jaz vero ip̄e totius doctrine mo/ dus: partim apertissimis rationibus partiz similitudinib⁹ ī dictis: ī factis: ī sacramētis: ad oēz aīe istructionem: exercitationē q̄ accōmodatus. quid aliud q̄ ratōalis discipline regulā i/ pleuit? Nā ⁊ mysterio⁊ expositio: ad ea dirigit que apertissime dicta sunt. Et si ea tātū essent: que facile itelligū tur nec studiose q̄rerēt: nec suauiter iuenirēt veritas. Neq; si essēt ī scri/ pturis sacramēta: ⁊ ī sacramētis non essēt signacula veritatis: satis cū co/ gnitōe actio dueniret. Nūc vero q̄m pietas timo⁊e icboat: caritate perfici tur: populus timo⁊e cōstrictus tem/ po⁊e seruitutis in veteri lege: multis sacramētis onerabatur. Hoc eniz ta libus vtile erat: ad desiderādam gra tiā dei: que per prophetas vētura ca nebatur. Que vt venit ab ip̄a dei sa/ piētia: homine assumpto: a quo in li/ bertatē liberati sumus: pauca sacra/ mēta saluberrima cōstituta sunt que societatem xp̄iani populi. hoc est sub vno deo libere multitudinis cōtine/ rēt. Multa vero que populo hebrai co: hoc est sub vno eodē deo cōpedi/ te multitudini erāt iposita: ab actiōe remota sunt: ī fide atq; iterpretatiōe remāserūt. Jta nūc nec seruiliter alli/ gāt sed exercēt liberaliter animum. Quisquis aūt ideo negat vtrūq; sa/ cramētū ab vno deo esse posse. q2 nō eisdē sacramentis tenet populus no/ ster: quib⁹ iudei tenebātur: vel adhuc tenētur potest dicere nō posse fieri: vt vnus paterfamilias iustissim⁹. aliud iperet his: quibus seruitutē durio⁊ē vtilē iudicat. Aliud eis quos ī filio⁊ gradū adoptare dignatur. Si aūt p̄/ cepta vite mouent: quasi ī ueteri lege mino⁊a sūt: ī euāgelio maio⁊a: ⁊ ideo putātur nō ad vnū deū vtraq; perti nere: potest qui hoc putat perturba/ ri. si vnus medicus: alia per ministros suos imbecillio⁊ibus. alia per semet/ ipsuz valētio⁊ibus precipiat. ad repa rādā vel obtinēdā salutē. Ut eniz ars medicine: cū eadez maneat. nec vllo pacto ipsa mutetur: mutat tamē p̄re/ cepta lāguētibus: quia mutabilis est nostra valitudo. Jta diuina prouidē/ tia: cū sit ipsa omnino icōmutabilis: mutabili tamē creature varie subue nit: ⁊ p̄ diuersitate mo⁊bo⁊: aliis alia iubet aut vetat: vt a uicio vnde mo⁊s icipit: ⁊ ab ipsa mo⁊te ad naturā suā: ⁊ essentiā: ea que deficiūt ⁊ ad nihilū tendunt reducat ⁊ firmet. Sed dicis mihi. Quare deficiūt? quia mutabi lia sūt. quare mutabilia sūt? q2 nō sū/ ma sūt. Quare n̄ sūma sūt? q2 inferi/ o⁊a sunt eo a quo facta sūt. Quis ea fecit? qui summe est. Quis hic est? Deus icōmutabilis trinitas: quoniā ⁊ per summā sapiētiā ea fecit: ⁊ sum/ ma benignitate dseruat. Cur ea fecit? vt essent. Jp̄z eniz quātulūcūq; esse:

bonum est quia summum bonum est
summe esse. Unde fecit ex nihilo
